# IOANNIS ANDREAE
## I. C. BONONIENSIS
## OMNIVM CANONICI IVRIS
## INTERPRETVM FACILE PRINCIPIS,

# In quartum Decretalium librum Nouella Commentaria

AB EXEMPLARIBVS PER PETRVM VENDRAMAENVM
in Pontificio Venetiarum foro Aduocatum mendis, quibus referta
erant, diligenter expurgatis, nunc impreſſa.

*His acceſſerunt doctiſſimorum virorum annotationes,*

Summis, ac rerum omnium memorabilium Indice locupletiſſimo.




Venetijs, Apud Franciſcum Franciſcium, Senenſem,
M D LXXXI.

# ELENCVS TITVLORVM alphabetico ordine digeſtus.


Clandeſtina deſponſatione. 21
Conditio.appoſi. 24
Cognatione ſpirituali. 36
Cognatione legali. 39
Coniugio leproſorum. 33
Coniugio ſeruorum. 35
Conſanguinitate,& affinitate. 41

Diuortijs. 63
Donatio.inter vir.& vxorem. 68

Eo qui cognouit conſan.vxo. 39
Eo,qui duxit in matrimo. 28

Frigid.& malefic. 46

Matrimo. contracto contra inter dictum eccleſ. 51

Natis ex libe.ventre. 36

Qui cleri.vel vouen. 27
Qui filij ſint legitimi. 52
Qui matrimonium accu.poſ. 61

Secundis nuptijs. 72
Sponſalibus. 2
Sponſa duorum. 23
Sponſatione impuberum. 15


F I N I S.

# IOANNIS ANDREAE BONONIENSIS

## IVRIS CANONICI FONTIS VBERRIMI.

## In Quartum Decretalium Librum Commentaria (quæ Nouellas appellauit) Acutiſsima.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpoſitio, ſiue continuatio tituli.*
*De ſponſalibus, & matrimonijs ubi alijs in locis, & libris agatur.*
2 *Matrimonium quid, unde dicatur, quomodo contrahatur, & de alijs ad ipſum pertinentibus à quo ſcribatur.*
*Ioan. And. de his ait ſumulam conſcripſiſſe.*

### De ſponſalibus, & matrimoniis. Rub.

1 ¶Poſtquam † ſatis tractauimus ea, quæ ſpectãt ad clericos, ad ea, quæ ſpectant ad laicos, ſtylum uertamus. Gof. materiam huius libri, & tituli proſequitur Gratianus. 27. cauſa, uſque ad fi. cauſarum, interpoſito tractatu de pęnitentia. Ad rubricam hanc ſpecialibus facit. 27. q. 2. in princ. 31. q. 2. & 3. & 32. q. 1. q. 2. & q. 3. per totum. Repetitur, rub. in 6. & cle. Huius libri materia eſt connexa. extra librũ facit ad titulum de ſumma trinitate, firmiter, in fi. de biga. debitũ, de tranſac. c. fi. de rapto. c. pen. & ult. & lib. 6. de procura. c. ult. 1. 2. & 3. reſpon. de iudi. diſpendioſam, in clem.
2 & Inn. hic uoluit † inſtruere, quid eſſet matrimoniũ, unde dicatur, quomodo contrahatur, ubi fuerit inſtĩtutum, quæ ſint cauſæ inſtitutionis, & quæ ſint eĩus bona, & quæ ipſius impedimenta. & hæc nõ proſequor, quæ plenè in ſummula huius libri tractaui. hæc autem gl. Inn. cõiter habetur, inf. eo. iuuenis.

*SVMMARIVM.*

1 *Matrimonium conſenſu contrahitur, licet ſolennitates, uel conſuetudines patriæ non ſeruentur, num. 2.*
*Vnde primum præualet ſecundo, tenet cum alienigena, & qua. 2.*
2 *Francia ubi locorum.*
*Franci diſtant à Saxonibus, matrimonij ſolennitatibus, nu. 3. qua lege uiuant, ibid. quæ eorum lex in uxore dimittenda, nu. 6.*
*Solennitatum omiſſio in matrimonio, peccatum, & quando mortale.*
3 *Teſtium, coram quibus contractum eſt matrimonium, peti poteſt publicatio.*
*Cauſari, quid ſignificet.*
4 *Conſuetudo diuerſæ locorum uiri & mulieris ubi eſt, quæ ſeruabitur.*
5 *Quo ad matrimonium quid ſtatuere poſſit.*
6 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
*Fornicatio mulieri quo caſu non obſtet, remiſſ.*

### CAPVT I.

1 DE Francia. Caſus. Matrimonium † conſenſu contrahitur, licet ſolennitates, uel conſuetudines patriæ non ſeruenť. & duo facit. primò ponit caſum, ſecũdò diffinit. ſecũda ibi, Diffiniuit. Iterum prima ſubdiuiditur. primò ponit contractum, & eius modũ. ſecundò ſeparationem, & eius cauſam. 2. ibi, Verũ. Hoſt. uerò ſummando decr. ſic dicebat. Mulier eſt lege Saxonum ducta. auctoritate eiuſdẽ legis eſt relicta, & alia ſuperinducta, ſm legẽ euãgelii ſecũda eſt abiiciẽda, & prima re
2 ducenda. Et dixit Hoſt. ꝙ iſta † Frãcia eſt q̃dã terra in Alemania propè Saxoniam [*Vxorem*] eſt ergo matrimoniũ cũ alienigena. non obſtat ſm Fran. 28. q. 1. caue, quia ibi loquitur de alienigena non patriæ, ſed fi
a dei[a] [*Legibus*] alias enim ſolennitates habent Saxones quàm Franci, quæ tamen non ſunt de ſubſtantia, licet ſit peccatũ illas omittere. 30. q. 5. noſtrates, ubi de hoc, & c. fęminæ, ſm Inn. Et dixit Ala. & Gof. ꝙ eſt peccatum mortale omittere illas, per quas incerta relinquitur eccleſia de contractu. Idem Vin. qui etiam
3 hoc no. ꝙ ſi † aliqua contrahit corã duobus teſtibus, petere poterit publicationem ipſorum, alleg. de teſti ſignificauit, & c. Albericus [*Saxones*] qui dimittunt uxores, ut dicam. infra ſecundum Hoſ. [*Franci*] qui uiuũt. l. Romana, & canonica [*Cauſatus*] ideſt in cauſam duxit, uel occaſionem inuenit. de hoc uer. 1. quęſt. 3. audiuimus, in ulti. glo. & eſt idẽ uerbum ſm Hoſti. ff. de inſti. ar. ſi pupillus. §. de quo palã, ibi, nullus cauſari poſsit ignorantia literarum (*Lege*) quæ forte erat de ſupponendo pallio tẽpore contractus, uel ꝙ parentes ſponſæ aliq̃d donent ſponſo. Abba. Dicit hic
4 Fran. ꝙ ubi diuerſas eſt conſuetudo locorum uiri, & mulieris, ſeruabiť conſuetudo illius loci, ubi cõtra-
b hitur 12. di. illa. 8. di. quæ contra mores. 41. d. quiſq́s[b] ſed ſi in loco tertio, ubi nulla eſſet conſuetudo, contraheretur matrimonium, ſeruabitur conſuetudo uiri, qui caput eſt mulieris, infra de frigi. c. 1. [*Deſponſauerat*] & ſic non credebat ſe teneri ſeruare tale ma-
6 trimonium, Pe. [*Tranſgreſſor*] quò enim † ad ſubſtan-
c tialia matrimonii conſuetudo nil potuit ſtatuere[d] quò ad accidentialia forte poſſet, ut quò ad dotem, s. de teſta. Rainutius. Inno. ] *Pænitentiæ*] & ad hoc cõpellať, infra eo. ad audientiã, in fi. Hoſti. [*Separaretur*]
6 quatenus de facto adhæret ei. ¶Glo. 3. † reſpon. per ob. & ſoluit. ¶[*In glo. 1. in fi.*] uel dicebant ſibi legẽ datã à Carolo, ꝙ ſi diſpliceret prima nocte, poſſet remitti, alias ſurgerent ad eccleſiam benedicendi, ſm Hoſt. qui dicit ſe hoc ab indigenis audiuiſſe tẽpore, quo rex Gullielmus, q̃ fuit comes Hollandiæ, duxit filiam ducis de Brunſuich in uxorẽ. uel loquitur de lege municipali ſm Fran. uerſi. ¶[*In glo. ult. ibi, dicitur*] Matt. 9. [*& in fi.*] ſed hic non obſtaret mulieri fornicatio. infra de diuor. ſignificaſti. Goff.

---

ANNOTATIONES.

a ¶Sed fidei. Et in illa, an ſufficiat baptiſmus flaminis, ibi per gl. & quid, de ordinibus. & ſentit glo. quòd non, quod bene no.
b ¶Quiſquis. Vide Io. And. de conſue. ſuper rubrica, & per Bar. in l. 1. C. de ſumma Trinita.
c ¶Statuere. Quia eſt de iure naturali, quod eſt immutabile, arg. contra. infra de cog. ſpiri. c. 1. & c. ſuper eo, ibi uide, quia ibi ſoluitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Sponſalia de futuro quando ſoluantur, nu. 6.*
2 *Conditio tacita ſubintelligitur in ſponſalibus, expreſſa ſuſpendit, num. 6. & 7.*
*Remittere, quid denotet.*
*Amicitiæ quomodo, & quæ diſſoluendæ.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
*Societas quibus diſtrahatur modis.*

6 *Additio gloſſarum, & num. ſequentibus.*
7 *Matrimonij uinculum quando diſsolui poſſit, & quas habeat conditiones.*
*Spes remitti poteſt in matrimonio; non autem uiolari, & nu. 7.*
*Iuramentum dirigitur ad Deum, & ad hominem, & quando ad hunc, uel ad illum, nu. 8.*
*Ab eo abſoluere quis poſſit.*
*An ſponſaliorum diſsolutioni obſtet, & nu. 9.*
9 *Hoc capitulum de comparatiua permiſſione loquitur, & continet ius commune.*

## CAPVT II.

1 PRæterea. C.ſoluuntur † ſponſalia
de futuro, ſi ſpōſi ab in-
uicē ſe abſoluant. Hoſti. ſic ſummabat, ꝑ
mittentes contrahere fide data, monēdi
ſunt efficaciter, vt qđ ꝓmiſerunt, efficaciter debeāt
adimplere. Si ambo pciſè ꝯdicunt, & cōiter diſſen-
tiunt, dēt hoc eccleſia tolerare. & primò iubet mo-
neri. ſecundò ibi, Si aūt, diffiniens quid iuris cū mo-
nitioni non parent, rōnem & ſimilitudinem unā in
2 ducit [*Conditione*] expreſſa. nā† tacita ſubintelligatur,
ut dicit. ſed ſi ſub conditione expreſſa fuiſſent ꝯcta,
ante conditionē non ligarent, de condi. ap.. ſuper eo
& c. per tuas, ſm Hoſt. [*Contingat*] maximè Ho. [*Remit
tunt*] diſcretā diſſolutionē denotat. Tullius. l. 1. de of-
ficiis, Amicitias, quæ minus delectāt, magis cenſent
ſapientes ſenſim diſſoluere, quā repente præcidere
[*Poſſit*] i. debeat [*Tolerari*] qa iuſtū eſt, Hoſti. ¶ Glo. 2.
3 † ſupplet. ſuppletioni, ſignat ꝯrium, & remittit. ¶ Vlti.
gl. ponit duas lecturas. ſ. Tan. & Hug. & ſecundā ap-
4 probat. ¶ [*In † glo. ibi. §. ulti. & §. diximus*] uoluntate, &
renunciationē diſtrahit ſocietas, hoc in §. ult. quod
5 uerū, ſi oēs diſſentiūt, hoc in §. diximus. ¶ [*In † fi. 1. glo.*]
ar. contra 13. di. nerui. ¶ [*In glo. ſ. adulterium, in fi.*] 33. q. 2.
ſi quod uerius. ¶ [*In glo. ff. pro ſocio, in fi.*] inſti. pro ſocio,
§. manet. Hoſt. ¶ [*In glo. ulti. ibi, ad matrimonium*] licet Ho
6 ſti. dixerit † opi. Tan. ſibi placere, ſed non placere hāc
qa iā ſequeretur idē in matrimonio, quod & diſſen
ſu poſſet diſſolui. patet tamē, ꝙ bonū intellectū ha-
buit gl. quæ fatetur id in matrimonio perfecto locū
non habere. Dicebat aūt Hoſt. cū uinculū matrimo
nii eſt ꝯctum, adeò adhæret ſacramento baptiſmi, ꝙ
cōi diſſenſu ſolui non poſſet. infra de diuor. q̃to. Ini-
tiatū uerò hēt tacitas conditiones, de quibus iſta ſit
una, ut ſeqtur in glo. Contractum uerò nullā habet
conditionē. & ideò non eſt mirū, ſi id, quod ex taci-
ta cōditione depēdet, illa exiſtēte diſſoluit, infra de
cōdi. ap. ſup eo, & c. ꝑ tuas. cū hæc ſit tm̄ ſpes ꝯhendi
qa non adhuc per uinculū radicata de facili remitti
pōt, ar. opt. inſtit. de rerū diui. §. ſi Titius alienā plan-
tā. ſi. not. ſ. de præb. ca. 2. licet aūt ſpes mr̄imonii iſto
mō poſsit diſſolui, non tamen pōt per adulteriū uio
lari. ff. de adul. ſi uxor. §. 1. & per hoc ſm Hoſt. poteſt
argui ad ea, quæ dixi de electo, ſupra de tranſla. inter
7 corporalia [*& ibi, Opinio*] Tan. & Gof. tunc †. ſ. quando
uterq; diſſentit: ſecus, ſi alter conſentiret, tunc præci
sè cōpelletur, q diſſentit, donec in eodē ſtatu mane-
rent. ſed ſi cū alio ꝯheret per uerba de præſenti, ceſſa
bit coactio. & idē Inno. infra eo. ſicut. Vinc. dicebat
referre, an iur̄m dirigatur ad Deū, an ad hominem.
ſi dirigitur ad Deū, nullus poſsit abſoluere; ſi ad ho-
minē, tunc is, cui iuratur. i. in cuius fauorem poſsit
abſoluere; qa oīs res & c. de reg. iur. omnis. ff. de reg.
iur. nihil. C. de ac. & ob. & ideò, qa hic alter iurauit al
teri, alterū abſoluere pōt, de iureiur. c. 1. de cenſi. ſi-
gnificauit, & idē Gui. in ſpe. co. ti. de iureiu. ad fi. uer.
qd ſi is, & plenius ti. 2. §. nunc oſtendendū, uer. hoc
8 quoq;. Dicitur † autē iuramentū dirigi ad Deū licet
præſtetur homini, cū per id, qđ iurat, intendit Deo
magis placere, ſiue ſit in faciēdo aliqđ meritoriū, ſi-
ue in abſtinendo ab aliquo illicito, de primo pone,
quòd iuraui epiſcopo ingredi religionem, uel ire ul
tra mare. de, de ſecūdo pone, quòd iuraui epiſcopo
nō fraudare menſuras, uel pondera, de emp. & uen.
c. 1. uel abiuraui adulteram. de eo, qui du. in matri. cū
haberet. talia non poſſent epiſcopus remittere. aliàs
protenditur ad hominem, cum pactum, quod ho-
mini facit, per id vult eſſe firmius, ut ſi iuraui tibi li-
brum ſcribere, uel ſimile (*& ibi, Diſpenſatione*) dicebat
9 † Ia. de Al. quando eccleſia videt, quòd ſibi inuicem
diſplicēt ſponſi, qui iurauerant, debet hoc diſsimula
re. Fran. Vercel. dicebat, quod hoc. c. loquitur de cō-
paratiua permiſsione, & tamē continet ius commu
ne, quia per illam comparatiuam permiſsionem fa-
cit ius commune (*& ibi; Contingat*) ad hoc. 31. q. 1. hac
ratione, ibi, quod. n. permittimus, & c. (*& in fi.*). 2. &
30. q. 2. c. uno,

### *SVMMARIVM.*

1 *Ex ſponſaliorum contractu inter impuberes quando oriatur iuſtitia publicæ honeſtatis, & nu. 2. & nu. 8. cir. fin.*
2 *Septemnis nondum puella quomodo hic, intelligatur, & num. 8. & quæ proxima ſeptennio dicatur nu. 9.*
*Et de huius ætatis natura, & effectu nu. 8. & 9.*
*Pati facilius eſt, quàm agere.*
*Copulæ carnalis mentio quo caſu non obeſſet.*
3 *In dubio certius tenendum.*
*Contra matrimonium, quando pronuntietur.*
4 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum unde procedat, & cur ſtatuit eccleſia.*
5 *Matrimonium contractum per procuratorium reuocatum & ignorantem an teneat, alio remittit..*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 7.*
*Fera a te uulnerata, niſi capias, non ſit tua.*
8 *Additio gloſſarum, num. 9.*
*Ambiguitas triplex, remiſſ.*

## CAPVT III.

1 IVuenis. C. Si maior † ſeptemnio
cum proxima. 7. in qua
malicia ſupplet, ſpōſalia cōtrahat, oritur
ex his iuſtitia publicæ honeſtatis, maxi-
me ſi cōmiſceri tentauerunt. & primò deciſe narrat
caſum dubiū, quē ſecūdo duplici ratione diffinit ibi
quia igitur. Hoſt. verò ſic ſummabat, Iuuenis ſpon-
ſam nondū ſeptemnem tentauit; neſcimus, ſi cōple-
uit, ſeparādus eſt à talis ſponſæ conſanguinea, ſi po-
2 ſtea ipſam duxit [*Septemnem*] ex † toto, ſed erat proxi-
ma, & adeò diſcreta & doli capax, ſicut ſolent eſſe ſe
ptemnes. ſm cōmunem lecturam. Hoſti. tamē dixit
decr. intelligendam, ſicut verbū ſonat, & quāuis nō
ſit doli capax, qa tamē cognoſci potuit, licet imma-
ture. ff. de iniur. ſi ſtuprum: quia facilius eſt pati, quā
agere. ideò ſi tentata fuerit, oritur ex talibus ſponſa-
libus publica honeſtas. & hoc vult hic papa ſecūdū
eū, cui in talibus eſt credendū, cū etiā aliàs nō videā-
tur prohibitiones publicæ honeſtatis, & legalis co-
gnationis habere multū rōnis. Dixit tñ, ꝙ ſi talis puel
la inſpecta reperiatur uirgo, forſan non obeſſet mul
tum tentatio, ar. infra. e. c. fi. & de ꝓba. cauſam. Dubi
tatio uero, quā facit papa, hoc eſt ſolū ſup coniugio
ſm eū. potuit enim eē coniunx. ſi fuit cognita. j. ti. 1.
3 de illis. 2. & ideò † in hoc, qđ certius eſt, declinari uo
luit, & qa dubiū eſſet piclitationis animæ, ſi ꝓ ſecū-
do matrimonio daretur ſnīa, ꝓnunciauit cōtra ſm
matrimoniū. aliàs, vbi nō occurreret piculū aīe, ſem
per in dubio ꝓ matrimonio iudicaret. & ſic nō ob.
ſm eū, quæ poſſent induci in cōtrarium, qui ma. a c.

pōſ.uidetur.infra eo ex literis,de re iudi.c.fi.[*Publicā*
4 † *honeſtatem*] quæ nec ex conſanguinitate, nec ex affi
nitate procedit.ſed ex quadā honeſtate, quæ in ma-
trimoniis cōſideranda eſt,ff.de ritu nup.ſemper,uo-
luit eccleſia ſtatuere hoc impedimentum efficax ad
d.rimendum, ut hic, & potuit eſſe cauſa impulſiua,
quia experientia docuit grādes brigas,& inimicitias
inter conſanguineos exoriri,quando vni deſponſatā
aliquis de ſponſi conſanguinitate procurat habere
[*Ab eodem*] hæc communiter habetur gl.Inn. de qua
5 dixi ſuper Rubrica, in qua† inter cætera tenebat de
matrimonio contracto per procura.reuocatum, ta-
men ignorantem,id quod eſt expeditum,de procu-
6 ra.c.fi.lib.6.¶Glo.1.no.†in dubiis &c.& ſoluit cōtra
rium. ſecūdò obiicit per locū à diuiſione, & ſoluit.
7 ¶Vlt.glo.ſignat contrarium,& ſoluit. ¶*In† glo.1.ibi,*
*illud quæſitum*] ſi uulneraſti feram, ut capi poſſit, non
tamen eſt tua, niſi illam ceperis. quia multa poſſent
8 accidere,ꝙ illam non caperes¶*In † gl. 1.ibi,iudicari*] fa-
cit,quod no.3.q.9.decernimus. & dic de triplici am-
biguitate,ut no.33.diſt.c.ult. & quod dicit hic Vinc.
uide in Spe.de ſen.prola.§. qualiter, uer. item debet
[*& ibi, Supplebat ætatem*] ſm Ala.unde dicebat Inno. ſi
nō fuiſſet ſeptennis,nec proxima, nec in domo poſt
ſeptennium retenta, tenuiſſet matrimonium cū cō-
ſobrina,infra tit.1.literas, & c. duo [*& ibi, ut dixit T.*]
qui dixit,ꝙ ante ſeptennium fuit ducta, ſed comple-
uit ſeptennium prius,quàm ab eo diuerteret ,alle.in
9 fra titu.1.duo pueri.& dicebat ipſe.T.ꝙ† quidam di-
xerant illam eſſe proximam ſeptennio,quæ eſt,in 6.
anno.Lauren.dicebat,ꝙ ſeptennio,aliàs 6.anno. cō-
pleto.ipſe uerò dicebat,& Vin.& Phi.cū eo,& Inno.
illam proximam ſeptennio, quę habet.6.annos & di
midium,uel ultra,infra tit.1.atteſtationes,inſtitu. de
obl. quæ ex delic. na.§.in ſumma, ff.de mu.& ho. ad
rem publicam. tunc ſi eſt doli capax, tenent ſponſa-
lia,& inducunt publicam honeſtatem.& facit quod
no.infra eo.continebatur,unde dicebat Goff. ſeptē-
nium ſtatutum ad præſumendam doli capacitatem
ſed præueniri poterat, ſicut & tardari , ut in furioſo.
¶*In glo.ult.in fi.*] Ala.uel ibi de affinitate: hic de publi
ca honeſtate.

### SVMMARIVM.

1 *Iuſtitiæ publicæ honeſtatis ex ſponſalibus contractis cum conſan-*
*guinea naſcitur, & ex conſenſu,num.2.*
*Mors inter caſus annumeratur.*
3 *A uerbis legis, & eorum ſignificatione non recedendum.*
*Auctenticum præſumitur, quod eſt ſcriptum in qualibet mate-*
*ria, uer.Item.*
4 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum. num. 5.*
*Conditio impoſſibilis ſi adiiciatur obligationibus nihil ualet ſti-*
*pulatio,& quando eſt impoſſibilis.*
6 *Additio gloſſarum.*
*Sponſalia nulla in quo gradu impediant contrahere.*

## CAPVT IIII.

1 AD audientiam Caſus. Ex ſpō
ſalibus cōtra
ctis cum conſanguinea, oritur iuſtitia pu
blicę honeſtatis. Et duo facit. narrat factū
quod decidendum cōmittit.2.ibi,Sed quoniā. Hoſt.
ſic ſummat,Illicitum iuramentū præſtatur:præſtans
ipſum adimplere conatur, conatus reprobat. ſed ex
quo quid intendat ad titulum,non intelligis [*Vellet*]
forte cauſa reconciliandæ pacis ſm Hoſt. [*Filiorum*]
puberum,& conſentientium,inf. eo.ex literis.2.Ho-
ſtien.[*Ille*] forte primogenitus,& ex prima uxore ſu-
ſceptus [*Caſu aliquo*] mortis, uel alio.C. de uſuf.l.pen.
Hoſt.Suſpicabantur,forte cōſanguinitatem,& ideo
2 hoc expreſſerant[*Contractis*] patet ergo ꝙ†fuit cōſen
ſus,& ſic publica honeſtas. & ſm Fran.hæc ſpōſalia
fuerunt purè contracta,nō ſub illa conditione,ſi nō
ſuberat impedimentum.facit,inf eo.c.uno,li.6.[*Qui*
*dam*] hoc facere debet. quicunq; ſcit impedimentū,
de clan.deſpon.cum inhibitio.Hoſt. [*Firmauerunt*] &
ſic eccleſia pronunciauit ſponſalia nulla, & inhibuit
ne contraheret,infra eo.cum in tua.Hoſt.[*Filio*]de ſe
cunda uxore ſuſcepto,cui puella nihil attinebat[*Scri*
3 *ptum eſt*] arg.non†recedendum à uerbis legis, uel ca-
nonis,ut hic,& ff.qui & à qui.proſpexit, nec à ſigni-
ficatione uerborum, ff.de leg.3.non aliter,inf. eo.ex
literis,arg.contra.ff. defun. inſtruc.cum delanionis,
§.aſinam.Item arg.ꝙ eo,ꝙ aliquid eſt ſcriptum,præ-
ſumitur auctenticum.16.diſt.habeo.de conſe.diſt.1.
ſolēnitates,etiam ſi in columnis ſit ſcriptum.24.q.2.
ſanè.Idem,ſi in terra.3.q.7.poſtulatus, & etiam ſi ſan
guine,C.de teſta.mi.l. milites contra, monumento-
rum inſcriptiones non dant ius ſepulchrorum liber
tis,C.de reli.monumentorum.Itē ſi inueniatur ſcri-
ptum in rationibus auiæ,quantum expedit in nepo-
tis alimonia,præſumitur, ꝙ uoluit repetere , nec fe-
cit cauſa pietatis, ff.de neg.geſt.Neſennius.Vin.[*Fra-*
*ter*] nec aliquis cōſanguineus,inf. eo.ſponſam. ¶Gl.
4 2.falleg.duas concor.ſignat unū contrarium, & ſol-
uit.¶Tertia glo.obiicit.allegat pro, & ſoluit. ¶Vlti-
5 ma gl.arguit,allegat.4.iura. ¶*In†gl.3.ibi,ſi impoſſibilis*]
ſequitur, conditio obligationibus adiiciatur, nihil
ualet ſtipulatio.& eſt impoſſibilis,cui natura reſiſtit
ut cęlum digito tangere [*& ibi, Paulus*] uide de teſti.
co.c.2.ſuper glo.2.[*& ibi,Filius*] uide de ſenten.exc.ſi
uerè,ſuper glo.ult.[*& ibi.§.1.*]uide de pac.c.fin.ſuper
glo.2.(*& ibi,Eum qui*) cuius caſum habes, in c.nuper.
6 ¶*In†glo.2.in fine*) infra de diuor. c.ult.in gl. ſed uideſ,
in fi.1.& 2.ubi de hoc,dic,ut inf. eo.c.uno, lib.6. per
quod,eo.terminantur quædam hic no.per Vincē.&
Hoſtien.& Fran.Vercel. qui etiam hic tenuit , quod
ſponſalia nulla impediebant ſolum cōtrahere in pri
mo gradu, cum hic de fratre dicatur, & alibi de per-
ſonis ſecundi gradus,uel ulterioris non habeatur ex-
preſſum,ꝙ impediant ſponſalia,quæ ſunt nulla.alle.
decr.cum apud,infra eo.ſed hoc ibi reprobatur.¶*In*
*gl.ult.ibi,prædicandum*] dic, ut no.33.q.2. quicunque.

### SVMMARIVM.

1 *Si ſponſus de futuro,per longum tēpus abeſt, ſpon a incognita cum*
*alio poterit contrahere, & quantum ſit hoc tempus, nu. 5.*
*Cap.prætereà,ſupra eo. loquitur de permiſſione comparatiua.*
2 *Lectio uera huius decretalis eſt abſque negatione.*
*Conſumatum pro contractu.*
3 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.nu.4.*
*Vagabundum patronum ſequi libertus non tenetur.*
5 *Additio gloſſarum, num.6.*
*Vxor ſecundum canones uirum ſequi tenetur.*
6 *Sponſalia de futuro quibus modis ſoluantur, & quando ipſo iu-*
*re, & quando per iudicium eccleſiæ.*

## CAPVT V.

1 DE illis. De fine huius deciſa,ſ. de con-
ap.de illis,& h. d. Si ſpōſus† de
futuro ante carnalem copulam ſe per lō
gum tempus abſentat, ſponſa cum alio
contrahere poterit.Communis diuiſio. 2.ibi,Hoc ti
bi.dicebat Hoſtien.uagabundi transferunt ſe, cū iu-
raſſent contrahere, mulieres relictæ ad alia uota ſe
poſſunt transferre : ſed ſi per ipſas ſtetit, de periurio
debent pœnitentiam agere [*Ducturos*] & ſic fuerunt

runt ſponſalia de futuro [*Proceſſum*] quia non inter-
uenit copula, nec deſponſatio de præſenti [*Periurio*]
hic manifeſtè patet, ꝙ illa decr. præterea, loquiť de
comparatiua permiſſione: aliàs quare iniūgeretur
pœnitentia huic mulieri ſm Io. de de. ſed potuiſſet
2 per eam ſolam ſtetiſſe, & ſic nō ob. [*Per eas*] hic† erat
olim duplex litera cum, non. & ſine nō. & ſic uariæ
opiniones antiquę ſunt ſublatę, quia vera litera ſine,
non. Goffr. [*Steterit*] ſi. ff. de contrahen. emp. Labeo
ſcripſit, ſi mihi bibliothecam. Hoſt. [*Conſumatum*] ideſt
3 contractū. ¶Gl. 1. †ponit opi. quam reprobat. ¶Vlt.
glo. obiicit, & ſoluit, & ponit tres caſus, quibus ſoluū
4 tur ſponſalia de futuro. ¶*In† glo. 1. ibi. §. ex prouincia*] li-
bertus uenire debet Romā ad pręſtādū operas dn̄o,
ſi patronus ut bonus paterfa. Romæ moretur, uel ꝑ
prouinciam proficiſcitur: ſecus, ſi per orbem uagať:
5 dies tamen in ueniendo pereunt patrono. ¶*In† glo. 1.
in fin.*] quæ ſm canones uirum ſequi tenetur. 13. q. 2.
a unaquæque[a]. ¶*In gl. 2. ibi, annos*] ſpectabitur iſtud tem
pus legale, quando inter ipſos ſponſos de certo tem-
pore non conuenit: aliàs illud ſeruabitur. ad hoc, in-
fra de re. iu. contractus, lib. 6. cum ſuis concor. & qđ
dicitur de triennio, uerum eſt, ubi nō inuenitur, uel
ſi inuenitur, nulla neceſſitas eum excuſat, uel expe-
b ctabitur, donec ceſſet neceſſitas, ff. de ſpon. ſæpe[b]. &
idem Goff. infra eo. in præſentia, niſi nimis protrahe
retur, & mulier nimis ſtimularetur, ubi forſan ei poſ
ſet per eccleſiam ſubueniri, ar. de eo, qui co. con. ux.
ſuæ, Iordanæ, de conuer. coniu. ex publico: ſecus in
matrimonio de præſenti, ut lite non conteſ. quoniā,
§. ſi uerò, aliter: tamen & ſi per ſe contraheret, tene-
ret matrimonium; & imponeretur ſibi pœnitentia
de fide mentita, infra c. penul. in fi. & infra ſequitur.
Hoſt. & adde, quod dicam, infra eo. ſicut, ſuper gl. 3.
6 ¶*In gl. ult. ibi, fornicationis*] certè multo† magis hoc de-
bet cōcedi, ubi ambo præſentes ſunt, & unanimiter
diſſentiunt, ſm Hoſt. qui ex hoc reprehendit, quod
ipſe. B. not. ſup. c. 1. [*& in fin.*] alii. 4. no. 27. q. 2. §. ſed cō
cedatur, aliàs incipit, ex his. adde alium, inf. eo. ſicut,
& 13. no. in ſumma, quarti libri, in prin. Dixit hic Tā.
ꝙ per ingreſſum religionis, & per ſecunda ſponſalia
de præſenti ſoluuntur ipſo iure ſponſalia, de futuro,
in aliis caſibus per iudicium eccleſiæ ſunt ſoluenda,
alleg. 33. q. 2. ſeculares. 35. q. 6. multorum.

---

ANNOTATIONES.

a ¶Vnaquæque. Vide gl. quæ incipit, no. quòd, & Io. And. ſuper il-
la, infra de coniu. lepro. & uide Io. And. in Specu. de dona. inter
ui. & uxo. §. fortius, uerſi. ſed nunquid.
b ¶Sæpe. Facit, quod no. Io. And. ſuper gl. de hoc, in prin. in c. quo
niam, ut lit. non conteſt. de abſentia clerici.

*SVMMARIVM.*

1 *Reſponſionem certam quis facere non cogitur incertam narratio-
nem facienti.*
*Vis duplex, & utra impediat baptiſmum, & quæ matrimonium,
num. 2.*
*Quæ puellis ſit grata.*
2 *Additio gloſſarum.*

## CAPVT VI.

DE muliere. Pars huius de ma. cō
tract. contra. inter. ec
1 cle. de muliere. & dicebat Hoſti. facienti
†incertam narrationem non cogitur qs
facere certam reſponſionem [*Et uim*] quia alia eſt ab
ſoluta, & hæc impedit etiam baptiſmum. alia condi-
tionalis, ſiue cauſatiua, & hæc nō impedit baptiſmū,
de bap. maiores. ſed cauſatiua probabilis impedit ma
trimonium. improbabilis uerò non, inf. eo. ueniēs,
2. in fi. Hoſt. poſuit Vin. & Abb. uerſum. Vim licet ap
pelles, grata uis eſt iſta puellis [*Certum*] ſic, ſup. de ele.
2 dudū 1. & 2. c. ſcriptum. Hoſ. ¶*In† gl. 2. ibi, iuuenis*] & in
fra de ſimo. de ſimoniacæ [*& ibi, uim, & uim*] de mul-
tiplici ui, not. ſupra quod me. cauſa, ad audientiam,
& in quo caſu excuſet, eo. titu. Abbas.

*SVMMARIVM.*

1 *Matrimonium per obſcura, uel diuerſæ linguæ, uel iocoſa, uel fi-
cta uerba ſi contrahatur, quid iuris, nu. 3. 5. & 6.*
*Sponſaliorum nomine etiam de præſenti intelliguntur.*
*Arbitraria iudici quæ hic.*
2 *A circunſtantijs docemur quid terminare, num. 3.*
3 *In dubio ad intellectum quorum recurrendum in matrimonijs, nu
me. 5. 6.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 5.*
*Obligatio contrahitur omni lingua, modò intelligatur.*
*Confeſſus generaliter cogitur certificare.*
*Emptio quando imperfecta.*
6 *Additio gloſſarum.*
*Matrimoniū quibus uerbis aut quōdo ſine eis dicatur contractū.*
*Ambiguam promiſſionem quis cauere debet.*
*Per uerbum placet, quando contrahatur obligatio.*

## CAPVT VIII.

1 EX literis. Caſus. Si aliàs† apti ad ma
trimonium cōtrahendū,
cotractant per obſcura uerba, cōem illo-
rū uerborū intellectū ſequi tenentur. Di-
cebat Hoſt. aliqui diuerſarū linguarū ſimul contra-
hunt: ſed ſe propter diuerſa idiomata non intelligūt.
ſi perſonæ idoneæ ad hoc faciendum cōueniunt, co
gantur ſm cōem intellectum accipere uerba, quæ
proferūt. Cōis diuiſio. 2. ibi, reſpondemus [*Sponſalia*]
de futuro, uel de præſenti. Hoſt. [*Iudici*] talia enim ar-
bitraria ſunt, ut no. inf. eo. præterea. Hoſt. [*Contractu-
ri*] ideſt ad mr̄imoniū ꝯhendū uenturi. q. d. ſm Hoſ.
conſiderādum eſſe hic, utrum fiat ſeriò, uel fictitiè,
vel ludi cauſa, ſuper quo remittit, ad ſum. eo. titu. ſub
rubrica, de matrimonijs, §. qualiter cōtrahatur, uer.
quid ſi aliter dicat, & ſequentibus [*Ad id faciendum*] q.
d. conuenerant ad matrimonium cōtrahendū, & in
2 eccleſia ſolenniter publicandū. & ſic† no. ꝙ locus, tē
pus, cauſa, & perſona docēt talia terminari, de homi.
ſicut, 29. diſt. c. 1. & 2. Hoſti. [*Aetate*] ſup. & qui nullo
iure prohibeantur contrahere. Hoſt. [*Quo cognito*] ſ. ꝙ
idonei ſint ad contrahendum, & ad hoc uenerint.
3 Hoſt. [*Intelligentiam*] q. d. recurrendum † eſt ad intelle-
ctum illorum, qui præſentes fuerūt, informatum ex
his, quæ agebantur, & ex qualitate contrahentium
perſonarum, & ſic communiter intelligebant, ꝙ ta-
les contraherent, puta quia hoc agebať, & fiebat co-
ram ſacerdote, & ibi gratanter ſubarrhationem fece
runt, iudicabitur contra tales, infra eo. conſultationi
ſecundum Hoſt. qui hoc dicit tenendum, licet alii di
cant inſpiciendam intelligentiam iuxta idioma ter-
ræ. alii iuxta uerba ſacerdotis, uel iuxta quod uicini
communiter intelligunt. Inno. dixit [*Intelligentiam*] ēt
a ex iure ſibi appropriatā[a], non ſolùm quam portat ex
uerbi proprietate. Intellexit enim hanc decr. quādo
aliqui intendebant contrahere ſponſalia, & non in-
telligebant ſponſaliorum effectum credendo idem
ſponſalia, & matrimonium, uel quia nō credebāt ꝑ
ſponſalia ſe ligatos, qui cum aliis contraherent, uel
alia huiuſmodi, & ſic ſunt tres lecturæ, ut exprime-
bat Franc. de ſimplice, qui non capiebat effectum
uerborum, uel de illo, qui non diſcernebat matri-
monium a ſponſalibus, uel cum erat linguarum di-

uer-

uerſitas [*Cogatur*] per eccleſiam,inf. eo.ueniens.1.& c.
ex parte[*Rectè*] q.non peruerſè,uel cauilloſè interpre
tantibus,de deci.ad audientiam,de priuile.in his.¶Pe
4 nultima†gl.diſtinguit,an actor tantum,an reus, an u-
terque committant dolum.ſecundò arguit non rece-
dendum &c. alleg.6.iura, & duo alle.in contrarium.
¶Vlti.glo.de ambiguitate uerborũ diſtinguit, & ſub-
diſtinguit. ponit primo duo membra.& primum ſub
diuidit in duo. ſecundum in tria, & illorum tertium
5 iterum in duo.¶*In* †*4.gl. ſ. ibi.l. 1. in fine*] ſiue Græco',
ſiue Hebraico ſermone quis loquatur, contrahitur
obligatio, dummodo alter alterius linguam intelli-
gat, ſiue per ſe,ſiue per uerum interpretem. ¶*In glo.
pe.ibi,proſpexit*]uide de feriis.c.2.ſuper 1.glo.[*& ibi,cum
quidam*]uide de cler.ex.mi.latores,ſuper glo.pe. ¶*In gl.
ulti.ibi, inter ſtipulantem.§.1.*]uide de iudi.c.1.ſuper gl. 2.
[*& ibi,certum*] Confeſſus ſe debere corpus,Stichũ, uel
fundum,cogitur certificare[*& ibi,§.nihil*]uide de reſt.
ſpo.cum ad ſedem,ſuper glo. 2.[*& ibi, in uenditionibus*]
in uenditionibus utriuſq; conſenſus neceſſarius eſt:
ſed ſi in uenditione diſſentiunt in precio, uel corpo-
re ĩperfecta eſt emptio[*& ibi,de re.iu.quoties 2.*]vide de
conſue.cũ olim,ſuper ult.gl. [*& ibi,de uer.ob.quoties 2.*]
uide de priuil.in his,ſuper ulti.glo.[*& ibi, eum qui calen-
dis*]uide de dolo.c. 2.ſuper 2.glo.[*& ibi,ueteribus*] uide
de priuil.quia circa,ſuper ulti. glo. [*& ibi, quidquid*]ui-
de cauſa poſſeſ.cum eccleſia,ſuper glo. hoc ſumptũ.
6 ¶*In* †*glo.1.in fi.*] huic glo. contradicit finis quartæ glo.
quæ fuit additio. ¶*In glo.1. dicat non intellexiſſe*]uel ad li-
teram non intellexit dictũ,ſiue uerbum,uel linguam
intellexit tamen factũ,conſenſum, & nutum,& nutu
matrimonium contrahitur.Quid enim refert,utrum
mutus ſit, uel ſi lingua eius non intelligatur?nihil,ar.
ſupra de trãſla.inter corporalia, uer.ſicut iuxta, & 43.
di.ſit rector. unde, ſi ſponſus ponit anulum dicendo,
uerba in teutonico,& ſponſa parat manum,& recipit
non contradicendo,ſed annuendo,& ſi uerba omni-
no deficiant, dicitur conſentire, ut hic patet apertè,
b ſm Hoſti.[*& ibi.l.1.in fi.*]ibi dicitur ꝙ ſtipulatio con-
trahitur per interpretem.ad idẽ inſti.eo.ti.§.vtrum.ſic
& fideiuſſio.ff.de fideiu.l.Græcè.& tutela ſic datur.C.
de teſta.tu.l.fi.& ſententia ſic fertur.C.de ſen.& inter.
iudi.l.iudices.Hoſti [*& in fi.*]dixit Goff.in ſpon. duo.li
cet hanc decre.loqui.cũ ſunt eiuſdem vulgaris,ſed al-
ter proponit uerba ſophiſtica,uel duplicitatem conti
nentia,puta donec terra ſupponatur oculis meis.& vi
de quod no. 22.q.2.nec artificioſo, & in ſpe. de aduo.
§.iam nunc,in prin.& §.conſequenter,uer.item cau-
tus.de Alex. legimus, quod promiſit occiſores Darii
ſublimes,& notiſſimos facere, ſi ſe reuelarent, quod
poſtea fecit ipſis ſuſpenſis alto martyrio. Dixit tamen
Hoſt.infra eo.ex parte,ꝙ ſi ille,qui dixit hęc verba du
plicia;ſimpliciter ad hoc intendebat,ut falleret mulie
rem,licet in contentioſo foro iudicetur pro matrimo
nio,ut hic,tamen in foro pœnitentiali non iudicare-
tur uxor,ſi non conſenſit.ſed induci debet, ut conſen
tiat,& ſic intelligit,infra eo.tua. Pet.de Sa. & Abb.po-
nebant exemplum in caſu,quem dicebant uſitatum,
cum, ſcilicet uir interrogatus reſpõdet, quod placet
ſibi habere talem in uxorem, & eodẽ modo mulier
reſpondet interrogata,quod placet ſibi habere talem
in uirum. de his uerbis dubitatur, an ſapiant conſen-
ſum de præſenti, an ſponſalia de futuro, & ideò ad
communem uerborum intelligentiam recurretur.&
ſm Pet.hæc uerba non ſapiunt matrimonium: quia,
cum dico, placet mihi habere talem in coniugẽ, hæc
placentia,uel uoluntas manet in ſuis terminis,ſicut a-
liud,cum mihi placet uendere tibi librum:aliud cum
uendo. ſic ergo ſm eum aliud ſit contrahere, aliud,
quòd placet contrahere.ſed Hoſtien.infra eodem, ex
parte,dixit.ꝙ per uerbum,Volo,uel placet bene con
trahitur matrimonium.Dixit enim,quod uox hæc ſo
nat,ff.iudi.ſolui.l.iudicatum ſolui,ſ.cõſenſum de præ
ſenti,ff.de ſup.lega.l.Labeo,& ſupra de ſucceſ.ab inte.
c.fi.§.1.quod patet, ſm eum in interrogationibus, &
reſponſionibus,quæ fiunt à conſecratore,& cõſecrã-
do in epiſcopum,ut patet, in lib.pontificali, quem al
legare licet, ſupra de ſeruis non or.conſuluit, ubi to-
ties interrogat conſecrator, Vis &c. & conſecrandus
ſemper reſpondet,Volo,& nõ plus.per quæ verba de
præſenti ad ea, quæ reſpondet, & ad ſpirituale matri-
monium intelligitur obligari,nec ob.ſecũdum eum,
C.de contrahen.emp.in uendendis:quia illud uerum
eſt,quando in uoluntate tantum alterius contrahen-
tium confertur conditio,vt ita demum ſit res empta,
ſi ei placuerit. hic enim non cogitur talem cõtractũ
ſeruare,niſi uelit,ff.de ac.& obli. ſub hac conditione,
uel quando pretium arbitrio ſuo committitur, ff. de
contrahen.emp.hæc uenditio, & l.quod ſæpe.§.1. ſed
ex quo de certa re & certo pretio ſemel conſenſerunt
purè,perfectus eſt contractus,inſti.de cõtrahen.emp.
in prin.& §.precium,& §.cum autem,& §.emptio,ff.
de uer.obli.ſi ſtipulor,§.in locando. mihi uiderentur
ponderanda uerba,quando dicit.Placet mihi deſpon
ſare,uel contrahere.uideretur uerum, quod dixit Pe.
ſicut de uerbis,uolo eligere,no.ff.de leg.1.l.5.& uide,
quod no.in præ.l.in uendentis, in gl.1. & quod ibi di-
cit Cy. poſt Pe. niſi communiter in loco illa uerba a-
liam interpretationem reciperent.ſed cum dixit,Pla-
cet habere,uidetur,ꝙ hoc plus importet per prædictã
decre.ex parte,& facit,quod dicam, ſecundum Vinc.
infra c.penul.¶*In gl.pen.ibi,no.*] quod idem not.22.q.5.
ſi ergo.2.[*& ibi,§.item*]aliàs eſt,uer.ſub,§. ſi ergo.1.[*&
ibi,Vterque*]uel neuter[*& ibi,intelligentia*]& c propterea
ubi de hoc,& 22.q.5.humanæ[*& in fine*]in lege,diſiũ-
cta,ponitur pro coniuncta.in canone plura uerba ui
dentur.& ibi,unde prouenit ex culpa,inde gratia. Itẽ
ibi ſanctificatum eſt cœlum,quæ per gloſſas exponũ
tur,ſed dic, ut in remiſ.quas proximò dedi. ¶*In glo.ult.
ibi,exordium*]de hoc,ſupra de reſtit.ſpo. cum ad ſedem
[*& ibi,de Syracuſanæ*] & infra de re.iu. inſpicimus, lib 6
[*& ibi,Veteribus*] & ibi de hoc[*& in fine*]& infra de reg.
iuris,contrarium,lib.6 ubi plenius de hoc.

ANNOTATIONES.

a ¶Appropriatam.Vide Io.And.ſupra de reſcrip.cauſam,quæ.ſuper
glo.2.& Bar.in l.omnes populi,uerſi.6.quæ ro.ff.de iuſti. & iure.
b ¶Secundum Hoſt. Facto ergo contrahitur matrimonium abſque
uerbis,cuius contrarium ſentit glo.1. in c.fin.infra titu.1.quam
ibi reprobat,Ioan.And.poſt Hoſtien. ibi uide. aliter loquitur,inf.
eo.tuæ,& ibi uide in glo.ſic & matrimonium.

*SVMMARIVM.*

1 *Sponſalia etiam de futuro inducunt impedimentum iuſtitiæ publi-
cæ honeſtatis, iuncto cap.*

## CAPVT VIII.

1 SPonſam Breue eſt. & dic†ſponſam
etiam de futuro, quod pa
tet ſecũdum Pet quia dixit,maximè, ſi eſt
proxima nubili ætati. ergo ſponſa de præ-
ſenti eſſe non poterat.Fortius autem hoc haberet lo-
cum in ſponſa de præſenti.Dicit tamen ꝙ quàm plu-
res,hoc non aduertentes cõtrahunt cum ſponſis ſuo
rum conſanguineorum de futuro[*Maximè*] olim erat
gl.proxima.& multo magis ſi tranſcendit ætatem nu
bilem conſanguineorum uſq; ad quartum gradum.
Goff. de conſangui.& affini. non debet.

*SVMMARIVM.*

1 *Matrimonium contrahitur, ſi uir & mulier ſibi promittunt, quòd ab eo tempore ſe habebunt pro coniugibus, & quibus alijs uerbis contrahatur, & nu. 3.*
2 *Teſtes rogare non eſt neceſſarium in matrimonij contractu.*
3 *An præſumantur rogati.*
*Verba accipiunt interpretationem ab adiectis uerbis, ut etiam futuri temporis pro præſenti intelligantur.*
*In uerbis non eſt uis etiam in matrimonijs, & quando.*
*Pro matrimonio iudicatur in dubio, cir. fin.*
4 *Copulæ carnalis effectus ſponſali. quis.*
*Fornicatio duplex, & adæquatur, & quo caſu hic.*
*Fornicarium coniux recipere non tenetur.*

## CAPVT IX.

1 EX parte. C. Si uir † & mulier ſibi promittunt, ꝙ ab eo tempore ſe habebunt pro legitimis coniugibus, inter eos matrimonium eſt ꝯctum. & diuiditur in duas partes. in prima ponit caſum narratū. in ſecunda diffinendū cōmittit. 2. ibi, Quia igitur. & ſecunda ſubdiuiditur, in prima ponit diffinitionis cām uſq; ibi, Mandamus. Dicebat Hoſ. iurauit qs, ꝙ mulierem decætero pro coniuge teneret, & ei fidem ſicut uxori ſeruaret. reliquit eādem, quia pœnituit: diſtringuitur, ut ipſam maritali affectione pertractet [*Præſtitit*] præ-
2 ſentibus † ad hoc vocatis, vt patet in an. & dicebat Ala. nō eſſe neceſſe in hoc caſu adhiberi teſtes rogatos, cū ius hoc nō exprimat alle. 4. q. 3. ad fi. de hoc. 3. q. 9. ſi debitū al. §. de his, & 30. q. 5. nr̄ates, & de hoc in ſpe. de teſte. §. 1. pe. colum. uer. itē ꝙ nō fuit. & an præſumantur
3 † rogati, ibi no. in uer. ſe. [*tempore*] quo præſtitit iuramē tum. Hoſt. [*pro coniuge teneret*] uidebatur cōtra, quia nō interuenerant uerba cōſueta, Accipio te &c. inf. c. pe, de ſpon. du. licet. ſed contrariū eſt, quia non eſt uis in uerbis, ex quo de mente & conſenſu conſtat, ſup. eod. ex literis. j. c. tuæ. quid ſi dicat, Promitto tibi, ꝙ ducam te in uxorem, & decætero tenebo te in uxorem. deinde cotrahit cū ſecunda, per verba de præſenti, cui adhærebit? Gof. ſecundæ. quod dico per uerba præcedētia clauſulā decetero, quæ cū ſint futuri tēporis, ſunt extenſiua, & tractū habēt. ff. de verbo. ob. ſiquis ita ſtipulatus Stichū, aut Pamphilū. ff. ad Tertul. filij. intelligatur igitur illa clauſula ſecundum ſignificationem
a præcedentis ff. de uer. ob. Titia [a]. §. 1. ſecus, quādo ſimpliciter dicit, ab hoc tēpore &c, quia tunc eadē uerba futuri temporis ſequentia intelligantur ſecundum ſignificationem præcedentium, quæ ſapiunt ſignificationem præſentis, maxime quia addit, & fidem ſeruabo ut uxori. ſic ergo ſit uis in uerbis, quæ debent aliquid operari, de priuil. ſi papa, li. 6. vnde dixit Io. de iureiur. quemadmodū, in prin. quod uerbum, tenebo, adiectum ſponſalibus ſapit tēpus futurum, de condi. appo. ſuper eo. adiectum dictioni præſentis temporis præſens deſignat, ut ſi. di. Semper habebo te &c. Si vero dicat, Promitto, ꝙ ſemper prouidebo tibi tanquā uxori. & illa idem reſpondet, niſi aliud proteſtetur, ſi ſint apti ad matrimonium cōtrahendū, & ad hoc ueniant, pro matrimonio iudicabo, ar. ſupra eo. ex literis, infra qui ma. ac. poſ. uidetur, & ſupra de iurei. quēadmodum, in prin. & idem, ſi dicat, Promitto, ꝙ non dimittam te pro meliori, uel peiori. nā in talibus & ſimilibus dubijs pro matrimonio iudicamus, de teſti. licet. 2. de ſen. & re iudi. c. fi. Ho. & q̄dā alia hic notauit, quæ dixi. ſ. eo. ex literis, ſuper. 4. gl. [*Seruaret*] de hac forma, Promitto, ꝙ nunquā habebo aliā uxorem niſi te, plene in ſpe. e. ti. in prin. & uide quod no. ff. ſiquis cau. ſi eū, in fi. [*Habituram*] repete, ab eo tēpore. Go. ſed ſine hoc poterat ſcena duci, ſm Hoſti. quia intelligitur repetitū. ad hoc. C. de contrahen. ſtip. l. 1. [*Reliquit*] qđ
4 nō licuit, ut ſequitur. & dic dereliqt † ante carnalē copulā alias nō eſſet dubitatio [*Fornicationis*] carnalis. 32. q. j. dixit, uel ſpūalis. 28. q. 1. idolatria, Gof. & hic ponit Fran. quod no. Io. 32. q. 7. omnes canones, in glo. vr̄ ꝙ [*Reconciliare*] non nimis frequenter, quod dic ut no. j. de adul. ſi uir. Hoſt. [*Redeat*] quia uxor hoc petebat. ipſa. n. eum recipere non tenetur. 32. q. 1. de benedicto,
5 & infra de diuor. ſignificaſti. Ala. ¶ Gl. † 1. quærit, all.
6 negatiuè, remittit, & duas opiniones ponit. ¶ *In 1. † gl. ibi tantum*] Abb. uoluit intelligere, ꝙ minus habeat qō. gl. quàm textus, qa in textu fuerāt dicta duo, gl. quærit, cū dictū eſt alterū tantum [*& ibi, dixit Io.*] Ala. Vin. Phi. G. hic & in ſum. de clande. deſpon. §. ſed queritur, & Innocen. & Hoſtien. & Pe. Accur. ff. de regu. iu. l. in omnibus. i. [*& ibi, Hug.*] & Lau. & Pe. 4. ſententiarum. 28. diſtin. iuxta prin.

---

ANNOTATIONES.

a ¶ Titia. Vide Bar. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chrygonus, ff. eo. titu. & ibi remittit de materia ad diuerſa loca.

*SVMMARIVM.*

1 *Matrimonium contrahere qui iurauit, cogitur & quomodo contrahere, niſi in caſu, & quo, & nu. 3. & 12.*
2 *Iuramentum patris non ligat filios.*
3 *Impuberes etiam eo ligantur.*
5 *Omne licitum ſeruari debet.*
*An ſit licitum, ſi dubitetur, ei quis auctoritate propria non debet contrauenire.*
*Si non obſeruatur, incurritur infamia.*
5 *Sponſalia quibus caſibus ſoluantur, & quando tranſeant in matrimonium, nu. 8. 9. 10. & 11.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 7.*
*Stipulatio, per te non fieri, quid ſignificet.*
*Arctatio quem obligat aliàs non obligatum. §. in 2. glo.*
*Ex generali promiſſione obligor ad quod uolo ex promiſſis, uide nu. 8. 9. & 10.*
8 *Additio gloſſarum, & nu. inferioribus.*
*In uxorem ducere iuratus unam de filiabus Titij, poſtea dormiuit cem una earum an præcisè debeat eam ducere compelli.*
9 *Quid ſi unam de omnibus mulieribus mundi, uel loci.*
10 *Quid ſi oſtenſis. 1c. ſororibus, uel de eadem parentela uſque ad quortum gradum ſibi inuicem attinentibus, & reſpondent ipſæ ſimul, placet &c.*
*Electio facta unius de generaliter iuratis aut promiſſis an uidea per eius uſum, & exempla hic, & ſupra nu. 7. 8. & 9.*
11 *Vxorem iuratus abſentem inſciamque ducere, ipſa certificata & ratificata ſponſalia tenent.*
*Matrimonium præſumptum quod, & ſupra nu. 8. 9. 10.*

## CAPVT X.

1 EX literis. C. Is † qui iurauit contrahere, ſi non ſub eſt impedimentum, per cēſurā eccleſiaſticā ꝯhere cōpelletur, & duo facit ponit caſum iuratū. ſcđo diffiniēdū cōmittit. 2. ibi, Quia igitur. ſummat Hoſ. ſic. iurāt parentes, & filij impuberes filios hincinde matrimonialiter copulare. unus filius cōatur ꝯ ꝓpriū iuramentū ad alia uota migrare: ſed diœceſanus ipſum ad ſeruandū iuramentū vult coercere. cōmendatur uoluntas diœceſani. quia nō eſt tutū alicui ꝯ ſuū iuramētum uenire [*Eos*] filios, & filias Hoſt. [*Compularent*] olim erat in textu, Spe pacis inter eos reconciliādæ, unde, cū induceretur hæc decræ. ad probandum ꝙ ſponſus de futuro præcisè compelletur contrahere matrimonium. T. & ſequaces dicebant hoc cauſa conciliandæ pacis fuiſſe ſtatutum. Gof. [*Quam filij*] nō

enim

2 enim patris iuramentum ligabat filios.& facit ad ea,
quæ dixi, de iureiu.ueritatis,ſuper ult.gl.[*G.*] unus fi-
lius [*Conſentiente*] ex honeſtate,non neceſsitate.17.q.2.
ſufficiat,Goff. Ala.[*Patre*] ipſius G.[*Iurauit*] & non cō-
3 tradixit†adueniente ætate: quia tunc non fuiſſet com
pulſus,ſed omnino abſolutus,& ſic ſolue infinita cō-
traria,infra titu.1.acceſsit,& 6.capitula ſequentia, ſm
quoſdam. Tu dic contra. nam & ſi adueniente puber
tate contradixiſſet, coactus fuiſſet propter iuramen-
tum,ut ſup. de iureiu.ſi uerò,& inf.eo.c.Hoſt. [*Adim-
pleret*] ipſe forſan appellauit,& iſtæ literæ fuerunt apo
ſtoli.uel forte fuerunt cōſultiuæ[*Periculoſum*] quia om
4 ne iuramentum† licitum ſeruari debet, ſupra de iure-
iu. ſi uerò etiam ſi dubitetur,an ſit licitum, non debet
quis propria auctoritate conuenire, de elect. uenera-
bilem,§.pen.Hoſt. [*Venire*] cum ex hoc incurrat quis
perpetuam infamiam,de teſti.teſtimonium.Hoſt. [*Si
non acquieuerit*] ſic,ſupra de uita, & hone.cleri.monaſte
5 ria.Hoſt.[*Rationabilis cauſa*] caſus,propter†quos ſoluun
tur ſponſalia de futuro,not.hic Hoſti.ponens uerſus,
Crimen,diſſenſus,fuga,tempus & ordo, ſecūda,mor
bus, & affinis, uox publica, cūq; reclamat quodlibet
iſtorum, ſponſalia ſoluit eorum. ſcito, quod ex cauſa
cenſuram ſtringimus ipſam. & ponit concor.circa,q̃
non inſto.uide in ſummula quarti libri,in prin. [*Mari
6 tali*] ſicut, ſupra eo,ex parte,in fi. ¶Glo. 1.alleg.unam
concor.obiicit,& ſoluit.2.glo.primò obiicit,& ſoluit,
ſecundò quærit,alle.pro,& contra,ponit opi.quam re
probat,reprobationem impugnat, impugnationi re-
ſpondet.¶Pen.gl.ſignat cōtrarium,dupliciter ſoluit,
utranq; ſolutionem impugnat, & in fine ponit tertiã
7 ſolutionem.iterum ſoluit,& obiicit,¶*In†glo.1.ibi,Mar-
cellus*] hanc & ſequen, uideamus.uide de iuram. cal.in
pertractandis,ſuper 4.glo.[*Et ibi,nulla ſtipulatione*]ſecun
da ſtipulatio, per te non fieri , non ſignificat,nil te fa-
cturum, quo minus facere poſsis, ſed curaturum , ut
facere poſsis. ¶*In glo. 2.ibi, emptio*] cum emi Stichum,
aut Pamphilum,in poteſtate eſt uenditoris, quem da
re uelit: ſed uno mortuo, qui ſupereſt, dandus eſt [*&
ibi,Stichum, aut Pamphilum*] uide de reſcri. inter cæteras,
ſuper 3.glo.[*& ibi.§ ult.*]aliàs pen.qui promiſit ſiſtere,
ſi prohibitus tempeſtate, uel ui fluminis nō uenit,ex-
cuſatur, niſi ſe arctauerit [*& ibi,Generali*] uide,de renū.
poſt translationem, ſuper 1.gl.[*& ibi,§. quæſitum*] uide
de offi.ord.ſi ſacerdos, ſuper glo. 2.[*& ibi, quoties* ]ui-
de,de iure patro.c.1. ſuper 1.glo.[*& ibi,duo ſunt Titij*],ui
de,de offi.dele. quoniam Abbas, in 3.glo.& ſuper ea,
uide,§.quoties qui ſeqtur[*& ibi,cum ex pluribus*]uide,de
8 offi.or.ſi ſacerdos, in gl.pen. ¶*In†glo.1.ibi,bona fide*] un-
de,ſi per eos non ſtat,non ſunt periuri,nec deberetur
pœna promiſſa ſm Vinc. infra eo.Gemma, & no.inf.
c.ſicut,in glo.1,[*& in fine*] idem no,30.q.2.c.uno,& de
a hoc.63.diſt.tibi,domino,in ult.glo. & 9 .diſt.c.1.¶*In
glo.2.ibi,quidam*] hoc tenet Vinc.& Phi.qui dicunt eum
preciſè non compellendum, & pœnitentiam ſibi pre
ciſè debere imponi de periurio,quia per eum ſtat, ar-
gum.ſupra eo.de illis [*& ibi,quod debet* ]& idem Lau.&
Goff.& Hoſt.dicentes.ꝙ debent compelli,ut de nolē-
tibus fiant uolentes.Bar.Brix. in quæſtione, Quidam
propter pacem domini.29.dicit,ꝙ cōtraxiſſe uidetur,
ſub condi.ſcilicet quam prius elegero, unde elegit, &
ſic dicit dixiſſe.T.[*& ibi,Non debuit* ]& ob hoc dicimus
quòd licitè cum alia contrahit. Inno, dixit Hoſtien.ꝙ
incertitudo ab initio declarata eſt ex poſtfacto, ſicut
aliàs ſponſalia contrahit ab initio conditionalia , &
incerta , per carnis copulam fiunt pura , de condict.
appo.de illis, & c.ſuper eo,& cap.per tuas , Item cum
iurauerit ducere unam,nec poſsit ducere niſi iſtã,cer
tè tenetur deo reddere ſuum iuramentum.& ſm hoc
uidetur Hoſt.concordare, opi.glo.infra poſitæ, & eſt
uerum,ꝙ ex ui ſpōſaliatorum incertorũ nulla eſt obli
gatio:quia ſi diceres iſta incerta eſſe ſponſalia , ſeque-
retur, ꝙ quælibet ex filiabus Titii fuiſſet ſimul ſpon-
ſa,& ſic nullam earum habere poſſet in uxorem pro-
pter publicam honeſtatem,infra eo.c.uno, in prin.li.
6.cum etiam ſponſalia debeant ex utriuſq; parte con-
9 ſiſtere.Dicebat†autem Hoſt.ꝙ ſi quis iuraret in uxo-
rem ducere unam de omnibus mulieribus mūdi,uel
loci,aliquam cognoſcendo non uidetur illam elegiſ-
ſe:quia poteſt aliam eligere.nec deierat, imò iuramē-
tum obſeruat cum alia contrahendo, licet æquius fa
ceret, ſi cum illa contraheret, licet nō tutius propter
bigamiam ſm eum.de hoc,de cleri.con.ſanè.1.Quæ-
10 rit† ipſe,quid ſi oſtenſis.10. ſororibus, uel de eadē pa-
rentela, uſque ad quartum gradum ſibi inuicem atti-
nentibus,dicat quis,iuro, ꝙ ducam unam in uxorem
ex vobis,& ipſæ ſimul reſpondent,placet:uel ſimul iu
rant,ꝙ illa,quam eligeret,ſecura cōtraheret, demum
cognoſcit unam,nunquid illa erit uxor ? non uidetur
propter publicæ honeſtatis iuſtitiam.ſed non eſt verũ
ſm eum, quia cum neutra earum fuerunt ſpecialiter
ſponſalia contracta,ſed cum illa,quam eligeret,& ip-
ſe elegit, & ideò cognoſcendo firmantur in ipſa ſpon
ſalia,arg.ſup.de offi.delega. ex parte 1. & nihilominus
ſimul & ſemel inducitur matrimonium præſumptũ :
quia ipſo facto conſenſiſſe præſumitur, arg.ff.de legi-
bus.de quibus, ſup.de appell.dilecti, & c.ut noſtrum,
dixit autem hanc quæſtionem ſatis ſolutã per ea, quæ
leguntur,& no.infra de diuor.gaudemus.§.quia verò
pagani,& §.qui autem, & uide quod ibi dicam, in gl,
11 patet ergo.Si autem† quis iurat abſentem, & inſciam
ducere,ipſa certificata & ratificante tenent ſponſalia,
ſm eum , & ſi poſt talem ratificationē ipſam cogno-
uerit, matrimonium eſt præſumptum , ſupra de con-
uer.coniu.ex parte,de iureiu.ſi uerò,ſm Hoſt. [*& ibi,
Propter iuramentum*] ſi. quod not.infra titu.proximo,de
12 illis,in ult.glo. ¶*In†gl.arg.contra,ibi,iuramentum ſeruet* ]un-
de eccleſia monebit eum,ut cōtrahat, prout iurauit,
ꝙ ſi non faciat, excommunicabit eum [*& ibi, prohibe-
re*] unde interdum punit uoluntatem.27.diſt. uouen-
tibus.Lau.Phi.[*& ibi,hoc quidem ius commune*] idē Io. 27.
q.2.§.ſed concedatur,aliàs incipit,ex his[*& in fine*] un
de dicebat Hug. ꝙ eccleſia compellet per excommu-
nicationem: ſed ſi uidebit ſe non proficere , abſoluet.

---

ANNOTATIONES.

a ¶In ult.glo.Ibi uide gl. no.& practicam, quomodo quis iuret per
alium,& ad materiam.uide Bart.in l.ſtipu. ſta, in prin.& in l.quo
ties, ff.de uerb,obliga.

*SVMMARIVM.*

1 *Vxorem filio pater,& alius quiuis alienam,quam detinet,cogitur
reſtituere,& qualiter, num.2.*
*Vxor non uenit in iudicium communi diuidun. nec poteſt auferri.*
*Non tenetur reſpondere pro marito , nec e conuersò .*
2 *Ad eccleſiam pro quibus principaliter , & pro quibus ſecundariò
recurratur.*
3 *Inter patrem , & filium is eße non poteſt , excepitur cauſa matri-
monialis, num.7.& 8.*
4 *Prouincia qui locus appelletur.uel eius appellatione contineatur ,
quibus modis accipiatur .*
*Ad archiepiſcopum recurrendum,quando tangit delictum prouin.
ciam .*
5 *Interdictis diuinis officijs , quæ excipiantur , differt ab interdicto
terræ,nume.9.*
*An eo pendente celebrantes fiant irregulares, ibid.*
*Eorum appellatione quæ comprendantur .*
*Pœnitentiæ no,mē trahitur etiam ad uiaticum,in fi.nulli denegãda*
9 *Epilogus, & uffragium gloſſarum.num.7.*
*Prohibitus ad tempus, eo lapſo rem prohibitã pōt exercere.§. 1.*

*Inſa-*

*Infamia non ceſſat, licet tempus damnationis deſierit.*
8 *Additio gloſſarum.*
*De actione non curandum.*
*Si contra uxorem poſſeſſorium intentur, quid iuris.*

## CAPVT I.

1 NOn eſt. Caſus. Compelitur † pater
per cēſuram eccleſiaſticam
reſtituere filio vxorem eius, quā detinet.
& narrat caſum.cui ſecundò prouidet ibi,
Nos itaque. primò per nominationem. ſecundò per
pœnam,ibi,& ſi.& dixit Hoſtiē.ꝙ huius pars,ſupra de
regu.non eſt uobis,quod eſt falſum. Illa enim præla-
tis Galliæ dirigitur, & incipit,Non eſt uobis dubium.
& ſummabat ſic ipſe Hoſti. Si pater uxorem filij deti-
neat, monendus eſt, ut marito ipſam reſtituat, cuius
terra interdicitur,ſi nō acquieſcat [*Rex*] Henricus pa-
ter regum Henrici iuuenis, & primogeniti, cum quo
habuit magnam diſcordiam, Ricardi, & Ioannis, &
Comitis Gauffredi,Ho.[*Iuſtum*] quia ſibi inuicem alli
gati ſunt,de cōuer.cōiu.Apoſtolicā [*Vxores*] cogiť igi
2 tur † per eccleſiam is,qui uxorem alterius abſtulit,eā
reſtituere.nec uenit vxor in iudicium communi diui
dendo. C.communia utriuſque iudi.poſſeſſorium.ff.
de ædil.edic.plerumque. nec cogitur uxor reſponde-
re pro marito, nec ecōuerſo.C.ne uxor pro ma.auct.
& ſi omnino.& no.quòd ī cauſa matrimoniali recur
ritur ad eccleſiam, & in omni ciuili ſecundario, & ad
ultimum, quando.ſ.iudex ſecularis eſt negligens, de
foro compe.ex tranſmiſſa, ſecundum Vin.qui etiam
dixit,ꝙ dato ꝙ inimicus ſit talis,qui bona poſſit aufe-
re, non poterit (*Eas*) uxores filiorū (*Reſtituendas*) ma-
ritis ſuis,& filijs regis.Sed contra.ff.de iudi.le.lis nulla:
3 quia,ut † ibi dicit,inter patrem, & filium nulla lis eſſe
poteſt, imò nec inter filiumfami. & alium, niſi patre
auctore.C.de bonis,quæ libe.cum oporteat,& l.cum
non ſolum.So.caſus iſte ſpecialis contra regulam illā.
dum eum in contrario, & ſupra ſuper uer. arbitrium.
¶ *In glo. ergo fama, ibi, inquiſitionis, in fi.*) So. ut ibi dixi ſu-
7 per vltim. glo. ¶ *In gl. ſummaria: ibi ſtrepitu*) unde † dice-
bat Innocen. quod ſine ordine iudiciario, & ſine te-
ſtibus poterat quis certiorari de fama. uide quod di-
xi, de poſtu. c. 1. ſuper uer. requiſitus, per quod intelli-
ges, quod hic dicit de teſtibus, & habebis concor-
dantias. ¶ *In gl. ult. in fi.*) adde quod dixi infra de accu.
cum oporteat.

ANNOTATIONES.

a ¶ Probetur. Idem dicitur de notorio. vide Io. An. in. c. bone el. i. ſu
per gl. & iſta de elect.

*SVMMARIVM.*

1 *Mulieri neganti ſe in matrimonium conſenſiſſe non creditur, et quã
do matrimonium uerò contractum ab ea per motũ non tenet, &
quem, et auditur, & nu. 2.*
2 *Mulieres alicubi deſponſantur primò, & poſtea, & quando benedi
centur, quamdiu poſt benedictionem in uirginitate manere mo
neantur.*
3 *Matrimoniũ nõ præſumitur, niſi probetur, niſi in caſu.*
4 *Aſſertio patris non iuuat, nec iudicis, niſi probet, & num. 5.
Proteſtatio mulieris contraria, facto non prodeſt, niſi in caſu, &
quo, nu. 8. cir. fin.*
5 *Veraciter, pro libere.
Negatiua prægnans differt à pura, quæ ſint utræq;, & earum di
uerſi effectus.
Violentia legitime propoſita non excuſat.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 7.
Metus uanus non excuſet.*
8 *Additio gloſſarum,
Vis, ſeu metus non purgatur ex cohabitatione mulieris cum uiro
uel copula ſi continuet.*

CAPVT XVIII.

1 Conſultationi. C. Mulier † quæ
negat ſe in matri
moniũ cõſenſiſſe, nõ creditur marito pro
bãte contrarium, ſed ſi probat ſe cõſenſiſſe
per metũ, qui potuit cadere in cõſtantẽ, nõ tenet ma
trimoniũ, duos caſus determinat. ſecundus ibi, ſanè il-
lis. dicebat Hoſt. ſimplici aſſertioni mulieris dicẽtis ſe
nunquã in uirũ matrimonialiter conſenſiſſe, eſt ꝯ̃ria
ſufficiẽs teſtificatio ꝑ̃ferenda. Porrò ſi ſtatim aufugit
nec cognita fuit & de coactione offert teſtes idoneos
nõ eſt eidẽ audientia denegãda (*Veniunt*) mr̃imonio iã
2 cõtracto. Vin. uñ in quibuſdã locis † eſt cõſuetudo, ꝙ
mulier primò deſpõſatur. demũ interdũ poſt lõgũ tp̃s
die, qua traduci dẽt, benedicit (*Valuas*). i. fores. l, di. pę-
nit. s̃. de elec. in cauſis. §. 1. Hoſti. (*Benedicendæ*) poſtquã
benedicunt, monẽtur triduo, biduo. uel ſaltẽ ea no-
cte in uirginitate, uel caſtitate manere. 24. di. c. ult. 30.
q. 5. aliter, Thob. 6. in fi. 8. in prĩ. dicit Ho. & ibi. Subar-
rhatur. Tu dic, ut. ſup. dixi, cõſenſiſſe, & forte certũ eſt
ep̃o eas lõgo tp̃e cohabitaſſe ſpõſis, uel eas cõſenſiſſe
in copulam, ſic poſſet variari iſte caſus à ſequenti, ſꝫm
Hoſt. (*Idoneis*) forte parẽtibus, uel alijs aſſerẽtibus eã cõ
ſenſiſſe. uñ, & ſi uellet ꝓbare nõ cõſenſiſſe, nõ audiret
a ſed ſi uellet ꝓbare nõ ueraciter cõſenſiſſe, audiret [a] ut
ĩ. prox. rñ. qđ differt in hoc ſꝫm Hoſt. & ideo dixit infra
3 ſimplex aſſertio; ſꝫm eũ (*Teſtibus*) ſi nõ † apparẽt teſtes,
non ꝑ̃ſumetur matrimoniũ, niſi probetur, ſed ſtuprũ
uel adulterium. 30. q. 5. quod intelligas in facto recen
ti. Si. n. longum tempus lapſum eſſet, pone 40. anni à
tempore contractus, ſufficerent præſumptiones pro-
babiles, ſcilicet quod ſemper tenuit ipſam in uxorẽ,
& ad menſam, & ad lectũ, & extra prędicta. C. de nup.
ſi uicinis. ff. de ri. nup. in liberæ. Idẽ in clandeſtinis. nec
mirũ, quia per tales præſumptiones nedũ impedirur

matri-

matrimonium, ſed etiã ſeparatur, ſupra de præſump.
tertio, & c.pręcedenti, & ibi de hoc, ſecundum Hoſti.
4 [*Aſſertio*] ſi igitur† uellent hoc probare, bene audiren
tur multo magis, quàm poſt benedictionem: ſed pro
ſe etiam cum iuramento nil probant, ſecundum Phi.
[*Recepta*] forte coactione per parentes adhibita [*Aufu-
giunt*] quamcito poſſunt, ſupra eo. ad id. ꝙ ſi proteſta-
tur, ſibi diſplicere, & remanet, dicit Vinc. ꝙ ſibi præiu-
dicat, & factæ proteſtationi derogat, de ap. ſollicitudi-
nem; alle. in contrarium, ſupra quod me. cauſa. ca. 1.
dic, ut dixi, ſupra eo. tua, ſuper glo. 1. [*Veraciter*] i. libe-
5 rè. q. d. non ſponte. & ideò debent audiri, cum ſit† ne-
gatiua prægnans, ſupra de renunc. ſuper hoc: ſecus in
purè negantibus, ut proximo reſpon. Hoſtien. unde
hoc ſolum notabat Abb. ex decre. ꝙ uiolentia illegi-
timè propoſita non excuſat: ſecus, ſi legitimè propo-
natur [*Deneganda*] etiam ſi agatur poſſeſſorio, ſupra de
reſtit. ſpo. ex tranſmiſſa, & c. ex parte. alii tamen dicunt
contra Inno. [*Conſtantem*] ſaluo eo, quod no. ſupra eo.
cum locum, in prima glo. [*Audiendæ*] cum effectu, ut
ſcilicet matrimonium ſepararetur, ſupra eo. tuæ, & c.
6 ueniens, & c. cum locum. Hoſti. ¶ Prima† glo. arguit à
contrario, & illi argumento opponit, & ſoluit. ¶ *In*
7 †*glo. penul. ibi. §. 3. aliàs. 2.*] uide de iura. calum. c. 2. ſuper
1. glo. ¶ *In glo. ulti. ibi, metus*] uide de iureiur. uerum, ſu-
per gl. 2. [*& ibi, ſiquis ab alio*] uani timoris nulla eſt æſti-
matio. & ideò in æſtimatoria, qua agitur contra illũ,
qui ſatiſdare promiſit pro illo, à quo ſtipulatus fuerã.
10, quãdoque nil uenit æſtimandum, ut quia ille pro
8 miſſor eſt locuples. ¶ *In*† *glo. 1. ibi, credendum*] quia nec
iudicis aſſertio præualet legitimis probationibus, ſu-
pra de teſtibus, cum à nobis, de probationibus, quo-
niam contra, Goff. ¶ *In glo. 2. ibi, uidentur*] niſi appareat
eas inuitas detentas & cognitas ſecundum Vinc. ¶ *In
glo. no. quòd, ibi. c. ulti.*] & infra de electio. ubi periculum,
libro ſexto.

ANNOTATIONES.

a ¶Audiretur. Niſi præſupponeretur unum tantum fuiſſe matrimo
nium, quia tunc etiam dictio probaretur negatiua, de probation.
tertio, & uide ibi Ioan. Andræ. in c. bonæ, el primo ſuper 1. glo.
de elec. & uide l. fi. C. de re. credi. & ibi no.

*SVMMARIVM.*

1 *In matrimonijs & ſponſalibus debet eſſe libertas, & an obliget
pœnæ promiſſio, & num. 2. 3. 5. 6. an pignus, num. 7. & 9. ui-
de alia, num. 8.*
2 *Parentis appellatio hic large accipitur.*
3 *Stipulatio non tenet, ubicunque ſit contra bonos mores.
Ad eccleſiæ iudicium recurritur ſuper acceſſorio matrimonij.
Matrimonij acceſſoria quæ.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 5.
Arrha poteſt & quanta in ſponſalibus interuenire, & duplicatur
per eum, per quem ſtat, & quando plus, nu. 7. ubi latius, & nu.
9. & cur permittatur, & non pœna, uel pignus, nu. 7. & 9.*
6 *Additio gloſſarum, & num. ſequentibus.
Obligatio non cadit in infantem, niſi fiat locupletior.*
7 *Per retentionem nobis quandoque conſulitur, quod aliàs non lice-
ret, uer. ipſe tamen.*
8 *A ſponſalibus reſiliendi quæ iuſtæ cauſæ.*

CAPVT XXIX.

1 **GEmma mulier.** Caſus. In ma
trimoniis, &
ſponſalibus debet eſſe libertas: unde in eis
promiſsio pœnæ non obligat. & duo fa-
cit. in prima parte ponit mulieris querelam. in ſecun-
da dat ſibi iudicem. 2. ibi, cum itaque. Dicebat Hoſt. ſi
ſub certa pœna à parte renuente committenda con-
trahuntur ſponſalia; non poteſt peti, quia libera ſunt
matrimonia (*Contraxit*) ſpretis ſponſalibus, quæ con-
traxerat cum filio. B. ut ſequitur, Hoſtiẽ. (*Pœnam*) ſecus
in legato relicto, ut cum tali contrahat. ff. de condi. &
de. Titio. §. Titio. Vin. (*Ab ipſa*) ſcilicet G. filia, uel Gẽ-
2 ma matre. ſicut enim inter† contrahentes non tenet
pœnæ ſtipulatio, ita nec inter contrahentium paren-
tes, & parentem accipe non ſolum eum qui habet in
poteſtate perſonam, de qua agitur, prout accipitur. C
de rei uxo. ac. l. 1. §. accedit. C. de pa. conuen. tam ſuper
do. ex morte. imò & illum, qui talibus in aliquo atti-
net, & quem res tangit. extraneum uerò illum, quem
in nullo tangit. Hoſtien. (*Extorquere*) ſonat in uitium.
3 Hoſtien. (*Libera*† *matrimonia*) contrahenda. 31. q. 2. ca. 2.
de neptis, uel etiam diſſoluenda. unde nec tenet pœ-
næ promiſsio, cum promiſi vxorem de adulerio non
accuſare. C. de inuti. ſti. l. 2. ſecundum Vincen. qui hoc
no. ſupra eo. requiſiuit. quod dic, ut ſupra de iureiurã.
quemadmodum. & adde quod no. eo. c. tua. 2. Idem
dixit hic, ubicunque ſtipulatio eſt contra bonos mo-
res; ad hoc, infra de reg. iur. in malis, lib. 6. cum ſuis cõ
cor.: (*Eccleſiaſtica cen.*) ſic recurritur ad iudiciũ eccleſiæ
ſuper pęna, quæ eſt acceſſoria matrimonii, ſicut & ſu
per dote, de dona. inter ui. & uxo. de prudentia. Hoſti.
4 ¶ Glo. 1.† ponit duas lecturas. ſecundum primam du
plex eſt cauſa. iuxta ſecundam vna tantum. ¶ Vlt. glo.
reſpondet per q. an teneat ſtipulatio arrharum, tenet
5 ꝙ ſic. arguit in contrariũ. redit ad primum. ¶ *In*† *glo. 1.
ibi, non dubium*) uide de fo. compe. ſi diligenti, ſuper ulti.
glo. ¶ *In glo. ulti. ibi, l. ulti.*) arrha poteſt in ſponſalibus in
teruenire, & duplicatur per eum, per quem ſtat, & li
cet uſque ad quadruplum ſtipulari (*& ibi, Titia*) inho-
neſtum eſt matrimonia ſiue futura, ſiue cõtracta uin
culo pœnę conſtringi (*& ibi. l. 2.*) incipit, libera. & vide
6 de iureiur. tua nos, ſuper glo. 2. ¶ *In*† *glo. 1. ibi, non tenuit*)
unde dicebat Goffre. quòd tria faciunt, ne detur pœ-
næ exactio, libertas matrimonii, ut dixit tex. principa-
le, quod non tenuit, ut dicit glo. Item ætas infantilis,
in quam nõ cadit obligatio etiam naturalis. ff. de act.
& ob. l. furioſus, uel niſi ex eo contractu pupillus fiat
locupletior. ff. de condi. inde. naturalis. ¶ *In glo ulti. ibi,
7 admittit*) hoc quando† ſtetit per dantem arrhas. Si ue-
rò per recipientem, reddit duplicatas, niſi expreſsè di
ctum ſit, quòd quadruplicatas, uel triplicatas reddat.
C. de ſpon. mulier 1. reſpon. & §. quadrupli. Idem dici-
mus in pignoribus, cum pignora dicantur arrhæ, C.
de remiſ. pigno. l. 1. Innocen. Hoſtien. dixit melius fa-
cere, infra de do. inter ui. & uxo. & ſi neceſſe, de arbi.
expoſita. Ipſe tamen Hoſtien. per prædi. decre. & ſi ne
ceſſe, dixit, infra de eo. qui cog. con. ueniens. 2. pigno-
ra hac occaſione data rentineri nõ poſſe. Guil. in ſpe
cu. de ſpon. §. 1. igitur, in fi. dicit pignora interuenire
poſſe, rationem reddẽs diuerſitatis. quia qui tradit pi-
gnora, non ſe obligat, ſed illa perdit, & ſic per reten-
tionem conſulitur: ſed pœnam promittẽs ſe obligat,
& plerunque conſulitur alicui per retentionem, cui
non datur actio. ff. de do. ex. Paulus. & eadem ratio in
arrhis poteſt reddi. Quod autem de pignoribus dicit,
probat per l. ff. de ri. nu. ſi quis officium, & C. ſi re. pro.
l. 1. per quam hoc bene probatur: & credo, ꝙ hanc. l.
iuduxit Innocen. & uitio ſcriptoris fuerit corrupta. C.
de remiſ. pi. quæ nil facit, Accur. in l. Titia. ff. de uerb.
ob. quòd ſi pignus datur pro arrha, tenet. ſi pro pœna
non tenet. unde dice. Ia. de Are. ſi pignus conſtituitur
per conuentionem, non tenet, ſicut nec conuentio
pœnæ: ſi per traditionẽ, tenet, ſicut & traditio arrha-
rum, ut ſcilicet ſit pignus accipientis, ſi ſtat per dan-
tem; uel ſi ſtat per accipientem, reſtituat duplicatum,
uel ſi uterque dedit, is perdat, per quem ſtetit. Con-
cordando opiniones æquè uidetur diſtingui in quan
titate

titate pignoris, ut infra dicam de quātitate arrharum ſed an contractis ſponſalibus per ſtipulationem agetur ex ſtipulatu? gl. 2. in præ. l. Titia, dicit ꝙ ſic ad interesse. & facit quod no. ff. de ſpon. l. 2. alibi dicit contrarium. ff. de uerbo. obliga. ſi ſtipuler. & hoc communius tenetur. aliàs ſequeretur, quòd ageretur ad pœnam, quanti intereſt contra hæc iura. argumen. ff. de ſer. ex. l. Titius. nec per hoc dico ſtipulationem inutilem, quæ poteſt in arrhis aliquid operari, ut pædixi. Dyo. diſtinguebat, aut agitur ad intereſſe ratione dāni; & tunc in eo, quod abeſt, agi poteſt, quia non eſt pœna reſpectu agentis, ſed rei perſecutio. aut agitur, ratione lucri, quod futurū erat ex matrimonio, quod ei non adeſt, matrimonio nō contracto. & tunc non agitur, cum hæc ſpecies ſit pœnæ, argum. ff. de fur. ſi is cui. ff. de dam. infec. l. Proculus. ſed cum per hoc impediatur libertas matrimonii, dicunt quidam, quòd ſibi debet imputare, cui damnum ſuſtinet ſciens, vel ſcire debens, ſtipulationē non tenere [*& ibi, Iuſta*† *cauſa*] puta, quia alius, infra biennium nuptias exequi noluit. C. de ſpon. l. 2. uel propter mortem alterius. C. eo. arrhis. Item propter perſonam ſponſi, cum quo matrimonium interdicitur. C. eo. mulier. §. quem uerò, & §. is quoque. Item propter minorem ætatem; unde ſecurius eſt parentibus dare. C. de ſpon. l. ulti. Inno. [*& ibi. ſed uidetur*] allegando dicit, quòd poteſt per ea, quæ notauit de procura. accedens, in glo. 1. & de con uer. coniu. ex parte 2. in 3. glo. & quod dicit, infra ſecū dum leges, intellige. 1. quia leges hoc dicunt, non ꝙ intendat ponere ius diuerſum inter canones, & leges, & ſic ceſſet reprehenſio, quam facit Hoſti. de hac glo.
9 [*& ibi, Quia. eadem*] imo poteſt † eſſe ratio diuerſi iuris: quia pœna ſolum promittitur, arrha verò datur. & ſic faciliores ſunt ad promittendum pœnam, quàm ad ſoluendum arrhā. Item quia arrhæ ſolent dari in parua quantitate: pœna uerò in magna quantitate promitti. & ideo timore magnæ quantitatis ſoluendæ facilè quis poſſet cōpelli. hanc rationem aſsignat Roff. Hoſtien. dicit ſecundum utrunque ius arrham quadruplicatam peti poſſe. Pęnam uerò quantumcunq; ſtipulatam nō. Rationem diuerſitatis reddebat, quia arrha datur, & in traditione rei ſuæ quilibet poteſt pactum apponere. ff. de pac. in traditionibus. Item retinetur, & ſaluatur, ſi ſequatur matrimonium. In ſtipulatione pœnę nil datur, & ſi contrahatur matrimonium, nulla retentio ſperatur. unde in arrha præſumpſit lex, ꝙ cōtrahens amicabiliter inducatur propter lucrum retentionis arrharū ad matrimonium: in pœna uerò non eſt liber conſenſus propter timorem incuſſum ex ſtipulatione pęnali. repellat ergo ut odioſa, & arrha ut fauorabilis admittatur, & remittit ad ſū. eo. titu. §. & unde dicatur. Satis parum urget hoc ultimum dictum Hoſtien. cum & timor perdendi arrhas uel reſtituendi quadruplatas uideatur etiam libertatem impedire contractus & ad contrahendum inducere aliàs non contracturum. quare communius approbatur. 1. ratio. & adde, quod dixi ſecundum Guil. ſupra ea. gl. Sed quia iam uidi conſtitutionem arrharum, & pignorum fieri in maximis quantitatibus, unde iam uidi arrhas de quatuor millibus librarum, ſatis mihi uidetur æquum ponderandam quantitatem arrharum, & qualitatem perſonarū. Si enim pauper homo dat magnas arrhas, quis dubitat impediri per hoc libertatem matrimonij? quare ponderata ratione putarem non ualere. & eadem conſideratione dicunt quidam pœnæ ſtipulationem tenere, quando inter locupletes, uel magnates parua pœna promittitur, & ſecundum iſtos lex ultima de ſpon. C. ponderauit frequentiam actuum, uel quod communiter fieri ſolet. inducunt. ff. de uerb. ob. ſi ſeruum, aliàs, ſi Stichum. §. 1. & quod ibi no. In eo, quod dicitur pœnā non peti, diſtinguit Vincen. aut fit ſtipulatio inter perſonam habentes poteſtatem in illos, qui ſponſalia cōtrahunt; & tunc non ualet, ut hic, aut perſonas extraneas, quæ nullam habent coerctionem in contrahentes, & tunc valet. C. de indic. uidui. l. 1. ff. de condi. & demon. hæredes. §. 1. quia ratio huius decre. ceſſat, quia dictæ perſonæ non poſſunt compellere contrahentes. P. & hanc diſtinctionem Vincen. approbat Hoſti. quando extranei inter ſe bona fide faciunt ſponſionem, ut ſi duobus loquentibus de ſponſalibus, unus promittit. 10. ſi fiant, & alter totidē, ſi non fiant: ſecus autem ſecundū, cum ſi promittant ſponſalia nomine mulieris, adiecta pœna nomine ſuo: ſi non fiant: qa tunc non tenet pęnæ promiſsio acceſſoria principali, quod debet eſſe liberum. G. in l. Titia, ff. de uerb. ob.
a ſimpliciter[a] dicit inter extraneos tenere. Alii loquuntur ſic. aut unus coniugum promittit extraneo: tunc promiſsio infirma. aut promittit extraneus extraneo; & tunc refert, aut contrahere debentes ſunt ſubiecti promittentibus pęnas, & tunc eadem ratione nō ualet. ff. de in ius uocando. l. 1. & 2. aut non ſunt ſubiecti. & tunc aut eſt tanta coniunctio, uel amicitia inter ipſos, quod non eſt ueriſimile illos reſilire à contractu; & tunc idem. ff. de hære. inſti. l. hæres meus, ad finem, & hic. aut ſunt omnino extranei: & tunc teneat pęnæ
b promiſsio. ff. de condi. & demonſtra[b]. cum ita, & præalle. l. 1. C. de indi. ui. ſæpe. ut dicit etiam Abbas, experimentum, quod ubi dubium eſt de obligatione cōpromittentium, promittunt extranei. & uide quod ſcripſi in ſpeculo, de arbitris. §. 1. ſuper uer. item quid ſi compromiſſum, in ſupple. quæ incipit, Di. uerſi. tenuit etiam ibi.

---

ANNOTATIONES.

a ¶Simpliciter. Vide ibi Bar. & Bal. & Sali. in l. fi. de ſponſa præalle. & an promiſsio pœnalis in matrimonio ualidetur in c. & quid in ſpirituali matrimonio an c. iſtud habeat locum, uide Barto. in d. l. Titia.

b ¶Demonſtra. ad materiam facit, quod no. doc. & Bal. in l. ſi quam. C. de ope. lib. & c. ſciant, de ele. lib. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Sponſalia de futuro tranſeunt in matrimonium per copulam ſubſecutam, & nu. 2.*
*Matrimonium præſumptum præfertur uero in foro contentioſo, & quando præſumatur, uel tale dicatur, non auditur contraria probatio, excepto caſu, nu. 2. & nu. 4. in fi.*
*Eiuſdem eſt effectus cuius eſt & uerum, dicitur fictum, nu. 4.*
2 *Conſentire quis dicitur etiam ipſo facto.*
*Generos duos de una filia quis facere non poteſt.*
*Etſi, pro quamuis.*
*Confeſſioni dicentium ſe coniuges non ſtatur in præiudicium alterius matrimonij.*
3 *Vis quæ excuſet in foro contentioſo, & quem.*
*Fori contentioſi, & pœnitentialis non idem iudicium, & nume. 2. & 4.*
4 *Papæ poteſtas in matrimonijs, eique in utraque foro parendum.*
*Inhabiles ad matrimonia qui reddantur.*
5 *Vxores plures non licet habere, niſi per diuinam reuelationem.*
*Iuramentum primum derogat ſecundo, & quando.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 7.*
*In præteritum præſumitur ex facto ſubſequenti, exempla hic.*
*Præſumptio iuris recipit probationem in contrarium, ex ultimo, exemplo hic, iuncta gloſſa, & nu. 8. ubi uide.*
*Chirographi cancellatio præſumpti onem ſolutionis inducit.*
6 *Additio gloſſarum.*
*Præſumptio quotuplex, eiuſque uirtus.*

CA.

## CAPVT XXX.

1 IS qui. Caſus. Sponſalia † de futuro
tranſeunt in matrimonium
per carnalem copulam ſubſecutam, ſed
non per niſſum carnalis copulę tantum,
infra eo.c.ulti. Dicebat Hoſtiē. præſumptum matri-
monium præfertur uero in foro contentioſo.& pri
mò ponit dictum.ſecundò ſoluit obſtaculū,ex quo
concludit. 2.ibi,uel quia licet.tertia ibi, Ex quo[*Mu
lieri*] iſta mulier poterat eſſe eius uxor, erat autem
ſponſa de futuro, & fuit cognita non mutato prio-
ri ſtatu, & eis manentibus in eodem propoſito, uel
ſaltem non proteſtantibus contrarium:aliàs per coi
tum non efficeretur matrimonium præſumptum,
& admitteretur probatio in contrarium,ſecundum
Vincen.Si uerò non interueniret coitus, ſed ſola co
habitatio, uel donaria, uel dotis conſtitutio, non
credit Vinc.ex hoc dici matrimonium præſumptū;
ad hoc, infra de matrimo.cōtracto contra inter.ec.
c.1.& infra c.fi.nec ob.de deſpon. impu.c.uno,]lib.6.
ubi ſponſalia de futuro tranſeunt in matrimonium
per cohabitationem.ibi enim loquitur de ſponſali-
bus, quæ ſecundum mentem, & uerba contrahen-
tium erant de præſenti,licet iuris interpreratione in
telligantur de futuro, ſic & monacatio præſumitur
per cohabitationem, ſupra de regul.uidua, & ca. ex
parte. Concludebat autem Vinc.ꝙ quo caſu poſſet
verum matrimonium accuſari,poterit hoc prēſum
ptum.& hoc intendebat decre.ꝙ contra matrimo-
nium tale non auditur probatio, quaſi iſta non in-
ducant matrimonium ut matrimonium, ſed cōtra
ſubſtantiam matrimonij,dicit tamen,ꝙ ſi uir forni-
catio affectu tantum mulierem cognouit, non eſt
in ueritate matrimonium, nec deberet remanere,
cum illa, ſed potius excommunicationem pati. ta-
men eccleſia ſtabit pro matrimonio præſumpto,&
filij cenſebuntur legitimi. & ſi ipſe contrahat cum
alia, cenſebitur bigamus, licet in ueritate nō ſit,nec
audietur probatio cōtra bigamiam, ſicut nec cōtra
matrimonium præſumptum, ſecundum Vin. [*Con-
trahendo*] & ſic fuiſſent ſimplicia ſponſalia,ſi non fuiſ
ſet ultra proceſſum,& ualuiſſet ſecūdum matrimo-
2 nium, infra c.proxi.Hoſtien.[*Subſecuta*] & ſic ipſo† fa
cto cōſentit. de hoc, ſupra eo. tua.& ſic cum debeat
eſſe unus unius,cum alia contrahere non poteſt.vn
de vulgariter dicitur in Prouincia, non poteſt quis
de una filia facere duos generos, ſecundum Hoſtiē.
[*Et ſi*]pro quamuis(*Ad primam*) quò ad forum contē
tioſum, dummodò de ſponſalibus præcedentibus,
& copula conſtet non ſolum per confeſsionem eo
rum,quibus propter præiudicium ſequentis matri-
monii non crederetur. de eo qui cog. conſan.ſuper
eo,ſed euidenter per alios teſtes idoneos fiat fides,
infra de condi.ap.per tuas, ſecundum Hoſtien.Si er
go non poteſt fieri fides eccleſiæ de carnis copula,
manebit cum ſecunda. Impeditus, ſi in primam cō-
ſenſit per carnalem copulam. Expeditus uerò, ſi cō
ſentire non intendebat, ſecundum Hoſtien.Quia li-
cet diceret quis hoc iniquum, cum ſecundum ma-
trimonium ſit uerum,primum uerò præſumptum,
& ueritas præferenda eſt opinioni,ad hoc reſponde
3 tur ſecundum Hoſti. (*Admittenda*) admitteretur † ta-
men pro parte mulieris, ſi diceret ſe oppreſſam, ſe-
cundum Hoſtien.abſoluta uerò oppreſsio non po-
teſt eſſe in perſona uiri,& dixi,ſupra quod met. cau-
ſa ſacris, in q. 1. licet conditionalis interuenire poſ-
ſit: quæ tamen in foro contentioſo non excuſabit
propter ſpontanea ſponſalia, quæ præceſſerunt. In
4 caſu tamen† iſto papa fingit, & præſumit matrimo-
nium eſſe, quod forte non eſt, & tunc aliter iudica-
remus in foro pœnitētiali,ſupra eo.tua.Si enim nul
lo modo conſenſit in primam, ſed in ſecundam, &
ſi papa ſit ſupra ius, tamen conſenſus volucre non
poteſt,nec contra conſcientiam hominem urgere,
per quod conſtitutio uidetur periculoſa.unde dice-
bat Hoſtien.papam debere ſubuenire per conſtitu-
tionem, ꝙ talis ſit inhabilis ad contrahendum cum
omni muliere præter illā, quam ſic decepit,& quod
ſi cum alia contrahat,non ſit matrimonium. habet
enim in talibus laxandis & reſtringendis poteſtatē,
infra de conſan.non debet. & rationabilior uidetur
ſibi hęc cā, quàm legalis cognatio, vel publica ho-
neſtas, per quam etiam redduntur inhabiles pueri,
qui plenum conſenſum non habent, de delic. pue-
ro.c.1. & ex quo eſſet hæc conſtitutio, in utroque
foro iudicaretur contra ſecundum matrimonium:
aliàs in foro pœnitentiali iudicabitur pro ſecundo.
Dixit autē poſſe huic periculo ſubueniri, prout no.
de condi.app.c.fi.Finaliter tamen dicit eſſe dicendū,
ꝙ in utroque foro obediendum eſt papæ:quia circa
matrimonium non coſumatum ſine Dei offenſio-
ne ſtatuere poteſt, quod placet, ut no.& de conuer.
coniug. ex publico, & fatetur, ꝙ papa poteſt facere
conſtitutionem, quòd quicunque ſpōſam ſuam co
gnoſcit, hoc ipſo ſit eius:nec audiretur,qui poſt con
ſtitutionem illam cognoſcens uellet dicere, ꝙ non
conſenſit,ſicut nec audiretur,ſi per uerba de præſen
ti conſenſit, niſi uiolentiam probaret, uel aliud ra-
tionabile; non tamen poſſet facere,ꝙ ſine conſenſu
expreſſo,uel tacito eſſet matrimonium; & ſic intel-
ligantur ſuperiora ſecundum eum[*Sequitur*] in foro
contentioſo, & ſi interdum durum ſit; quia ſic pla-
5 cet. 19.di.enim uerò,Hoſtien.](*de facto*) de iure† non
licuit habere plures uxores niſi per diuinam reuela-
tionem,infra de diuor.quanto. ſic primum iuramē
tum licitum derogat ſecundo contrario, de iureiu-
ran.cam te.aliàs pacta nouiſsima &c.C.de pac.pacta
6 Phi.¶Glo.2.† diſtinguit circa præſumptiones,quòd
alia iuris & de iure,alia hominis:alia naturæ, alia fa-
cti,& hæc duplex:alia iuris tantum. in fin. obiicit, &
7 ſoluit.¶*In† glo.2.ibi,non eſt ueriſimile*] uide de præſum-
ptio.quanto, ſuper 1.gl. [*& ibi,§. interdum circa finem*]
ſi filiusfami.recepit pecuniam,quam poſtea in rem
patris uertit,ceſſat Macedonianū,& ſi ab initio non
ad id acceperit(*& ibi.§.ſi quis uerò*)dic.quod lex,ſi qui
(*& ibi,chirographum*)cancellatio chirographi præſum
ptionem facit de ſolutione debiti,recipit tamen pro
8 bationem in contrarium. ¶*In † gl.2.ibi, idem eſt*] cum
infra circa fi. glo. tractet de præſumptione iuris tan-
tum, patet, ꝙ has ſpecies eſſe diuerſas intendit: uel
forſan ponit præſumptionem iuris, ſi non adiicitur,
tantum, intelligi fictionem,uel de iute,Dicebat Ho
ſtien.;quòd præſumptio iuris tantum dicitur iuſta,
ſed non omnino certa præſumptio à iure ſuper ali-
quo dubio inducta, firmata & informata ex aliqua
iuſta cauſa,ſed iuris & de iure eſt iuſta,indubitata,&
omnino certa præſumptio iure ſcripto ſine impro-
batione approbata, exempla proſequitur, remit-
tens ad ſum.de prēſump. c.2.Guil. in ſpecul. de præ-
ſump.§.2.Præſumptionem iuris & de iure uocat ne
ceſſariam, ſic diſtinguens illam à temeraria, proba-
bili,& uiolenta,ibi uide(*& ibi,ſtipulata*) C.de rei uxo,
acti.l.una,circa prin. (*& ibi,fraternitatem*) ubi de hoc,
& l.diſtin.ferrum(*& ibi, ueriſimile*) & ibi hæc glo. per
Accur. (*& ibi,ſcribam*)ubi de hoc articulo plenius,&
44.di.multis(*& ibi;ſi chirographum*) & eſt ſi. de renun,
ſuper hoc,de prēſump.quia ueriſimile.

*SVMMARIVM.*

1 *Sponſalia de præſenti non ſoluuntur per ſequens matrimonium
etiam carnali copula conſumatum: ſed de futuro etiam u-*

*rata*

*rata de præſenti ſecuta ſoluuntur & nume. 5. De futuro quibus uerbis contrahantur, nu. 5.*
2 *In matrimonio contrahendo an per reſponſum ex interuallo factum contrahatur.*
3 *Vter uir, an mulier ante interrogatur, & per quæ uerba interrogari, & reſponderi poſſit.*
*Ex æquipollentibus quid fiat, non refert.*
4 *Copula omnis non eſt matrimonialis, & quid operetur in matrimonio præſumpto, & competentibus duabus unum.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 7.*
*Inuitus procurator quis dicatur.*
8 *Additio gloſſarum.*
*Iuramenti uinculo roboratum ſolidius ſubſiſtit.*

## CAPVT XXXI.

1 SI inter. Caſus. Sponſalia † de præſenti non ſoluuntur per ſequẽs
matrimonium etiam carnali copula cõ
ſumatum: ſed ſponſalia de futuro etiam
iurata ſoluuntur per ſecuta ſponſalia de pręſenti, &
ſatis patet, quòd duo ſunt dicta: ſecundum ibi, uerũ
2 ſit [*Vtroque*] ſi unus contrahentium † profert hæc uer
ba, uel ſimilia, & receſsit ante reſpõſum alterius qui
poſtea reſpondet, quod matrimonio conuenit, uidetur, quòd ſit matrimonium. ff. de uer. ob. l. 1. §. 2.
& lex dicit, ꝙ in his, quæ conſenſu contrahuntur. reſpon. ex interuallo facta non nocet. ff. de uerb. ob. ſi
ſtipuler. §. ulti. Guido dicit hanc glo. Rodo. quam tamen nondum inueni. & Bonagui. ſupra de ſpõ. duorum tuas, tenet contrarium, dicens in matrimonio
hoc requiri, ꝙ contrahentes ſibi inuicem reſpõdeãt
ante, quàm ad alia diuertant, ſicut eſt in aliis ſtipulalationibus. ff. de verbo. ob. continuus [*Meam*] not. ꝙ
3 † primo loqui debet, uel interrogari uir, concor. infra de ſpon. du. licet; tamen non eſt hoc de ſubſtantia, & Paduæ ſeruatur contrarium (*uerba*) in prima,
non in tertia perſona formata, ſupra eo. tua. ſed dic,
ut ibi, & ſufficerent æquipolentia, ut in uiro dicenti
hæc uerba, Accipio &c. mulier reſpondeat, placet,
ſiue conſentio, ſecundum Hoſtien. Idem Abb. qui
dicit ſe ſic uidiſſe iudicari bis. vnde & Luc. 2. Virgo
Maria reſpondit, Fiat mihi ſecundum uerbum tuũ,
Verbum autem fuerat, Dominus tecum. nec refert
quid ex æquipollentibus fiat, ſupra de teſti. licet ex
quadam, de conſan. tua, ſecundum Hoſtien. (*Sed matrimonium*] imò uerius adulterium. Goff. (*Copula*) quia
4 † non omnis copula matrimonialis (*Subſecuta*) dixit
hic Vincen. quòd parum operatur niſi in matrimonio pręſumpto. tamen ſi duę mulieris petunt aliquẽ
in uirum, & æqualiter probant, ſed altera probat copulam, præſumetur pro illa, ſupra de proba. licet (*Separari*) quatenus eſt de facto contractum. Goffr. (*& primum*) dum tamen de eo per teſtes idoneos fiat fides, ut dictum eſt, ſupra ca. proxi. (*Recipiam*) dixit hic
5 † Vin. quòd per iſta uerba; promitto, quòd te deſpõſabo, non contrahuntur ſponſalia etiam de futuro,
ſed promiſsio de ſponſalibus contrahendis (*Similia*)
puta contraham tecum, ſupra ca. proxi. & c. requiſiuit. Innoc. (*Deſponſauerat*) iſtam deſponſationem uocat infra matrimonium, quia de præſenti, & inter
perſonas aptas (*Separari*) arguit Hoſtien. ſi ſecundum
matrimonium tollit ſponſalia, quæ tenuerunt, quãto magis ſponſalia deberet tollere, quæ non tenuerunt, nec conſenſum habuerunt, & faciat ad ea, quæ
dicta ſunt, ſupra c. proxi. (*Pœnitentia*) ſaluo eo, quod
6 dicitur, ſupra eo. ſicut. ¶ Glo. 1. † arguit, alleg. duo iura, ſubdit ſigna ſufficere; alle. in contrarium. ¶ Vlti-
7 ma glo. dat unum ſimile. ¶ *In † glo. 1. ibi, §. inuitum*) dici
tur procurator inuitus, qui expreſsè non conſentit
(*& ibi, mutus*) uide in ca. cum apud, ſuper 1. glo. ¶ *In*
8 † *glo. 1. in fi.*] dic, ut infra de con. ſer. c. ul. in ultima glo.
¶ *In glo. 3. in fin.*] ſolidius tamen ſubſiſtit, quod iuramenti uinculo roboratur. 22. q. 1. omne quod, Phi.
¶ *In glo. ulti. ibi, matrimonio*] & per ſecundum uotum
ſolenne, infra de reg. qui poſt uotum, lib. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Adoleſcens hic accipitur pro maiori. 14.*
*Matrimonium à puberibus quibus contrahatur modis, & quomodo ab impuberibus, ut conſumetur, nu. 2. & quid ipſum faciat, nu. 3. quod dicatur uerum, & quod præſumptum, nu. 6. & unde præſumatur, ibid.*
2 *De copula carnali quomodo conſtet. & in dubio præſumitur.*
*An conatus ponderetur, & nu. 5. & 7. & eius effectus in matrimonialibus, ibid.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 5.*
6 *Eccleſia plerunque fallit, & fallitur.*

## CAPVT XXXII.

ADoleſcens. Summatũ eſt. ſ. eo. is qui. & ponit dictũ
1 cauſam interſerens ibi, Cum qua. & † dic
[*adoleſcens*] maior. 14. Inno. [*Deſponſatam*]
cum iã ambo eſſent puberes: quia tunc non fit matrimonium, niſi de præſenti conſentiatur, uel carnanalis copula interueniat: ſecus, ſi ante pubertatem
ſponſalia contraxiſſet: quia tunc per aduentum pubertatis, quæ cũ talibus facta ratificat, dicerem uerũ
a matrimonium [a], ſicut no. infra ti. 1. atteſtationes. alii
contradicunt, Inno. dic ut de deſpõ. impu. c. uno, li.
6. [*De futuro*] ſecus ergo, ſi de præſenti. tunc enim ſi de
ſponſata fuiſſet legitimæ ætatis, ſtatim tenuiſſet ma
trimonium, ſicut tenuit cum ſecunda. & facit ſm
Hoſti. contra ea, quæ no. Ber. infra ti. 1. c. 3. [*Non cogno*
2 *ſcens*] & de hoc † conſtat per confeſsionem: ſecus, ſi
dubitaretur. ſ. eo. iuuenis: quia tunc præſumeretur
pro carnis copula, infra ti. 1. continebatur. Inno. ſed
pone, ꝙ cum eam tentaſſet cognoſcere, aperta fuit
ianua mulieris, ita quòd uiri lancea mulieris clauſtrum eſt ingreſſa, non tamen fuit ſemen emiſſum,
nunquid ſi poſtea contrahat per uerba de præſenti,
ualet matrimonium? Dicas, ꝙ cum per ſeminis effuſionem matrimonium conſumari dicatur, cum
non ſit ſemen effuſſum cum prima, remanere cogitur cum ſecunda, ſed certè hoc eſſet difficillimum
perſcrutari. ſtabitur ergo teſtimonio matronarum,
quæ eam inſpicient: & quia apertam inuenient, ma
trimonium iudicabunt. Vin. facit, quod no. 35. q. 3.
extraordinaria. ubi dicit Io. quòd talis commixtio
non inducit affinitatem, & ſi quis ſeminet in uas ma
lieris, & non intret, conſumatur matrimonium, ſecundum Vin. quia carnis commixtio interuenit. tamen eccleſia, quæ non iudicat de occultis per aſpectum iudicaret eam uirginem, niſi de conceptione
& impręgnatione cõſtaret ſecundum Abb. qui not.
ſupra eo. is qui. & adde quod dicam, infra de eo. qui
cog. conſ. uxo. ſi. fraternitati [*Cum alia*] non conſanguinea prioris: aliàs tunc nõ ualuiſſet matrimoniũ
ſupra eo. ſponſam, ſecundum Pet. [*Ex forma*] ſcilicet
3 uerborum, ſicut ſupra eo. tua. vel. 1. ex ſubſtantia † habita ex conſenſu de præſenti, qui ſolus uerum facit
4 matrimonium. ¶ Vlti. † glo. no. effectum ponderan
dum, non conatum, uel uerba. all. plura iura in con-
5 trarium. ¶ *In † ulti. gl. ibi, ſi uoluntate*] uide de eo, qui mit.
ca. 1. ſuper 3. glo. [*& ibi. l. 1. in fi.*] quid obfuit conatus,
cum iniuria non habuit effectum (*& ibi. §. edocere*) uide in c. relatum, ſuper 3. glo. (*& ibi, de extra. cri. l. 1.*) ſolicitatores alienarum nuptiarum, & interpellatores
matrimo-

matrimoniorum,& ſi effectum ſceleris non ſortiatur, propter libidinis uoluntatem extra ordinē puniuntur(*& ibi,ſi qua.præ.po.l.1.in prin.*)punitur.10.li.auri præditus poteſtate,qui minas ꝑ nuptiis infert ſubiectæ, uel parentibus, etiā ſi nuptias non peregerit.
6 ¶*In†gl.2.in ſi.*]uel appellatur uerum illud,in quo uerus conſenſus & expreſſus intercedit hincinde.præſumptum illud, in quo & ſi in ueritate non conſentiant cōtrahentes; eccleſia tamen eos interpretatur conſenſiſſe ex aliquibus probabilibus coniecturis, & ipſos diſtringit ſimul morari, ac ſi conſenſiſſent in quo eccleſia plerunq; fallit,& fallitur,de ſen.exc. a nobis,2.& de hoc,ſupra eo.is,qui.accidit autē hæc præſumptio quandoq; ex carnali copula, & de hoc ſupra eo.tua. aliquando ex traductione.ff.de ſponſ. quæſitum.unde, ſicut carnalis copula in uirgine, & corrupta cognita à uiro hanc præſumptionem in-
b ducit,ſic in ea,quæ corrupta eſt,ſola traductio [b], ar, ſupra eo.ueniens,de coniu.lepro.ca.fi.de proba.iurauit,de reſti.ſpo. ex parte, niſi traduceretur inuita, & ſtatim fugeret,ſupra eo.ad id,quod aliquando ex ſubarrhatione,ut no.infra ti.1.c.fi. aliquando ex tentatione, ut no.infra ti.1. atteſtationes. aliquando ex conditione exiſtente,infra de condi.appo.ſuper eo, §.1. aliquādo ex temporis diurnitate ſecundū quoſdam,infra ti.1.de illis.1. ubi de hoc,& ſupra eo.conſultationi,Hoſtien.¶*In glo.ulti.ibi,§.cognitio*]dic ut ibi [*& in ſi.*]dic,ut ſupra de eo, qui mit.in poſ.c.1.in glo,
7 non tamen.]ad dec.iuuenis,dic quòd † conatus ſine effectu nō conſumat matrimonium: quia hic opus eſt facto,ut dicitur de furto, quòd non contrahitur uerbo,uel ſcriptura,ſed contractione,ff.de furtis,ſi quis uxori.§. neque uerbo: parit tamen, uel fortificat publicam honeſtatem,quæ ex conſenſu inſurgit & honeſtatem reſpicit, non effectum,ut ibi.Hoſti.

ANNOTATIONES.

a ¶Matrimonium. Imò uidetur præſumptum, ex quo de expreſſo conſenſu non apparet. uide Io. And. ſuper glo.2.

b ¶Traductio. Intelligitur, ſecundum quòd no. in glo. cum iam ambo,& in cap.1.de deſpon.impu.li.6.& ſupra eo.ad id quod: aliàs illud uidetur falſum.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio tituli.*

*De deſponſatione impuberū ubi alibi repetatur,& conueniat ei.*

## De deſponſatione impuberum, Rub.

1 Viſo † de ſponſalibus In genere, ſubmittit de ſpecialibus ſpōſalibus, ſcilicet quę ab impuberibus cōtrahuntur,ſecundum Da.& Goff. uel ſecundum Hoſt. quia de ſpon. præmiſit,& certa ætas determinata eſt ad ſponſalia contrahenda, ideo de ipſa ſubmittit. ita, quòd dici poteſt,quòd de impedimentis matrimoniorum iam incipiat tractare.habetur materia. 30.q.2.facit.20.quęſtio.1.c.1.& repetitur in 6.conuenit huic,ſupra ti.1.tuæ, & infra de frigi. quòd ſedem.

*SVMMARIVM.*

1 *Pater pro filio impubere ſponſalia contrahit,& pro pubere quando,uide nu.4.7.& 8.*

2 *Conſenſus expreſſus in matrimonio,excipitur caſus.*

*Quid in alijs.*

3 *Voluntas quando diſcerni non poteſt in ſponſalibus, & matrimonijs.*

*Ex ſponſalibus à patre pro filio contractis an oriatur publica honeſtas, tenent ex traductione maſculi ad habitationem cum fœmina, & quo caſu,nu.5.*

*Matrimonium pro ſponſalibus.*

4 *Venditio in facto conſiſtit.*

*Præſens pro futuro,enallage,uer.Inno. exponit.*

5 *Traductio fit à uiro mulieris regulariter; aliquando ſecus eſt, & eius effectus.*

6 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum, nu.7.*

*Ad matrimonium filius à patre cogi non poteſt, & nu.8.*

8 *Additio gloſſarum.*

*Filius uel filia à patre exhæredari non poteſt, ex eo quod ei non obtemperauit in contrahendo matrimonio,niſi in caſu.*

*Legis, quæ patris, hic citatæ intellectus.*

*Debet, pro decet.*

CAPVT I.

TVa fraternitas. Caſus.
1 Patet pro filio impubere ſpōſalia contrahit, pro pubere nō ſi non conſentiat.& ponit.q.2. rñſionē ibi, Quod dicimus. Dicebat Hoſti. pater nomine filij adulti nō conſentientis matrimonium contrahere non poteſt. Si autem nomine filii, cuius uoluntas diſcerni non poteſt, contraxerit,filium hoc ratificare decet[*Adulto*]impubere,de hoc, infra c.proxi. [*Mntrimonium*]cum aliqua puella. Hoſ.[*Facere*]ſup.pater [*Aliquo modo*]nec expreſsè,nec tacitè,nec uerbo,nec facto.Hoſti.[*Conſentit*]dixit In-
2 no.neceſſarium† eſſe expreſſum conſenſum in matrimonio,ſupra ti.proxi.tuæ, & ꝙ in ſponſalibus locum non habeat tacitus conſenſus,niſi cum contrahuntur à patre.ff.de ſpon. in ſpon.§.ulti.& §.licet.In aliis licet pro aliis contrahere poſsint, dixit neceſſarium expreſſum conſenſum, uel ratihabitionem,ſupra ti.proxi.ad id,quod.addens, ꝙ ratihabitio tacita ſufficiet,de re.ſpo.ex parte,& de hoc,infra eo.ti.cap. uno, ad ſi.li.6. [*Poteſt autem*] ſic conſtrue,poteſt autē pater,cui uult,ma.tradere filium nondum adultum [*Voluntas,cuius diſcerni non poteſt*]&poſt,q̄ filius &c.Hoſti.[*Adultum*]infantem,uel minorem infantia[*Cuius*]
3 filii(*Non †poteſt*)etiam quò ad ſponſalia, ſi intelligas de minore ſeptennio: uel quò ad matrimonium, ſi intelligis de maiore. Hoſt.(*Pater*)an ex ſponſalibus, à patre pro filio contractis oriatur publica honeſtas dic, ut infra eod.cap.uno,lib.6.ibi uideas in glo.fin. (*Matrimonio*)i.ſponſalibus,per quę ad matrimonium
4 peruenitur(*Tradere*) traditione† quæ in facto conſiſtit:ſed ipſum de iure non poteſt aſtringere, ſi nullo modo conſentiat, ut ſupra, ſicut eſt in ſpirituali, ſu-
a pra de regul. cum uirum, [a] & c.cum ſcimus.Inn.exponit,i.tradendum promittere,& ſic contrahuntur ſponſalia.Pe.exponit, 1.ſponſalia pro ipſo contrahere(*Filius*) traditus & traductus. licet. n. communiter
5 traducatur ſponſa; ſi tamen puer traditus † ſit patri ſponſæ, quod plerunque accidit, & adueniente legitima ætate non reclamauerit, tenent ſponſalia,infra eo.literas, & tunc propriè ſtat uerbum, debet.& ſecundum hoc expone, peruenerit, & non reclamauerit,infra eo.de illis,1.& c.ſeq. ſecundum Hoſtien.
6 ¶Glo.1.† reſpondet per quæſtionem,qui d ſi filius,
7 uel filia coactione patris &c.¶*In†gl.1.ibi, non cogitur*) ſequitur,filiusfam. uxorem ducere (*& ibi nec filium*) ſequitur,fa.inuitum ad ducendum uxorem legum diſciplina permittit(*& ibi,filioſa.*)ſequitur, diſſentiē-
8 te ſponſalia eius nomine fieri non poſſunt. ¶*In†glo. 1.ibi,ſi patre*) non ob.ff.de regu.iur. uelle, ibi dicitur, uelle non creditur, qui obtemperat imperio patris, uel domini.illud quo ad pœnam,ut ibi no.(*& in ſi.*) ad l.poteſt dici, ꝙ filia nō poteſt contradicere patri

ſine

ſine uitio ingratitudinis. vnde contradicens poteſt exhæredari, in auten. ut cum de ap. co. §. ſi alicui, colla. 8. ſed matrimonium non teneret per prædicta. c. Goff. dixit Hoſti. eo ſolo ꝙ patri contradicit, filiam exhæredari non poſſe, niſi & turpem uitam elegerit, & hoc in eadem auct. dicit expreſſum. q̄d enim ſi contradicat, & religionem intret, pro certo & ex hoc non poterit exhæredari, in aucten. de ſan. epi. §. nullam, colla. 9. ad hoc hiſtoria Rebeccæ, Gen. 24. c. nec ob. l. quæ patris, nam ibi exponitur, non poteſt. i. non debet, ex quo traducta perfecit ætatem, nec reclamauit. l. i. non decet, & ibi de hic. tamen litera, Non poteſt, non eſt ibi in tex. ¶ *In glo. 2. ibi, honeſtatis*] quaſi, debet, pro decet. ſi. C. de bo. quæ li. cum oportet. Hoſti. [*& in fi.*] de hoc de regula. cum uirum, in glo. paterna, & 25. q. 3. c. 1.

ANNOTATIONES.

a ¶ Virum. Ibi uide Ioan. And. ſuper glo. paterna, & in c. 2. in tex. in glo. ma. eo. ti. multo minus poteſt pater inuitis ſponſis ſponſalia diſſoluere, licet aliud iure ciuili. l. in poteſtate, ff. de ſponſ. & iſta inueſtigatio facit ad materiam. l. quoties, ff. ſo. ma. & ibi uide Bar. & in l. auia, C. de iure do.

*SVMMARIVM.*

1 *Impuberes ambo, uel alter coniungi non debent, niſi in caſu, & de cuius licentia, & ratio, nu. 5.*

2 *Laicus quatenus & in quibus prælato ſuo ſubiaceat.*
*Quilibet eſt eccleſiaſticus & quo ad quæ.*
*Spiritualia proprijs tantùm miniſtranda.*
*Neceſſitas non habet legem, in fi.*

3 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 4.*
*Nuptiæ, ſeu matrimonium in qua ætate licite contrahantur, & nu. 5. & in hoc comparatur ſpirituali, nu. 1. in fi.*

5 *Ratio prohibitionis huius decretalis, §. in gloſſ.*

## CAPVT II.

1 Vbi non eſt C. Impuberes† ambo uel alter niſi pro bono pacis coniungi non debent. & intellige de honeſtate dictum. ponit inhibitionem, à qua neceſsitatis caſum excipit ibi, Niſi forte. unde dicebat Hoſtiē. ne ante legitimam ætatem aliqua coniungantur, diſtrictè pręcipitur, neceſsitas vrgens excipitur [*& infra*] nec matrimonium. 30. q. 3 ubi Goff. quod eſt pars huius, Hoſtien. [*Diſtrictus*] nō eſt igitur leue contrauenire, vt patet, ſupra de ele. du dum. 2. in prin. Hoſ. [*Neceſſitate*] & cognoſcet de hoc diœceſanus, qui poteſtatem habet, & debet habere ſcientiam hic diſcernendi, de conſan. & affi. c. 1. Tales ergo ſine diœceſani licentia etiam ſponſalia nō debent contrahere, ut hic, & infra eo. continebatur, & cap. duo pueri, uer. porrò autem ſponſus, & in fi. nec contracta diſſolui, infra eo. acceſsit, & c. de illis, 1. & tribus, cap. ſequen. & ſupra de reſti. ſpo. ex parte; de eo, qui du. in ma. cap. 2. Quod etiam in maioribus obſeruandum eſſet propter multa animarum pericula, ut ſupra tit. 1. cum in tua, infra de clan. deſpon. capi. fina. quod hodie minus bene ſeruatur. & in hoc ſit ſimile carnale matrimonium matrimonio ſpirituali, de quo patet, ſupra de præben. in Lateranenſi, de inſti. cap. 3. de renun. admonet. ex his
2 † no. quòd ratione ſacramentorum intantum ſubiacet laicus prælato ſuo, quod ſicut clericus non eſt recipiendus ſine literis ab extraneo, ſupra de cleri. non reſi. fraternitati, ſic nec laicus, de parochi nullus, infra de pœn. & remiſ. omnis. & expreſsè de laico dicitur, de con diſt. 5. non oportet. 2. inde etiam laicus à proprio epiſcopo poſtulandus eſt, ut in illa præal. 71. di. primatus. & ſic poteſt intelligi. c. primū. ea. diſt. nam quo ad ſacramenta quilibet etiam laicus eccleſiaſticus eſt. & ibi exponi debet, eccleſiaſticus. i. Chriſtianus, argum. de diuor. gaudemus. 2. reſpon. unde cauere debet ſacerdos, ne parochianam ſuam deſponſet extraneo, inconſulto curato ipſius uel econtra. & eſt ratio, quia licet ſit unum ouile reſpectu papæ, cui omnes immediatè ſubſunt, de ma. & obe. ſolitæ. §. pe. tamen ſub ipſo multa ſunt ouilia & multi paſtores, & quilibet cognoſcere debet ouē ſuam, & propriæ, non extraneæ curam habere, prouer. 27. Glo. diligenter agnoſce uultum pecoris tui. Io. 10. cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ, de his ouibus. 6. q. 1. oues. tantum igitur propriis ſunt pabula ſpiritualia miniſtranda, quod male prædicatur, & peius ſeruatur. & an in hoc uertatur animarum periculum, tu aduerte, & uide, ſupra ti. 1. cum in apoſtolica, de eo, qui du. in ma. ueniens. ſed qualiter hoc præiudicabit, uel cuſtodiet, qui ignorat? & adde, quod no. de pœ. & remiſ. omnis. ſed contra, ſupra de paro. ca. fina. ſolue, ut ibi. Hoſtien. [*Neceſſitate*] quæ legi non ſubiacet, infra de regu. iur. quod non eſt, cum ſuis concor. de præbē. niſi eſſent, de treu. &
3 pa. c. 1. ¶ Pen. † glo. ponit duas lec. ¶ *In glo. 2. ibi mino-*
4 *rem*] uide ſupra ti. 1. ad id quod, ſuper glo. 2. ¶ *In* † *glo. 2. ibi, 12.*] in fœmina. Nam lex dicit, quod nuptias nō poſſunt contrahere maſculi, niſi ſint puberes, nec fœminæ niſi uiri potentes, inſti. de nup. 1. reſpon. & aliæ leges exponunt maſculum puberem, in 14. mulierem uiripotentem in 12. inſti. de curat. 1. reſpon. & §. 1. & qui. mo. ſi. tut. 1. reſpon. & §. 1. & C. quando tu. uel cu. indecorā. nec dicas illud determinatum quò ad tutelas: quia idem in matrimoniis, ut in l. ſtatim alle. & ff. ut in poſ. le. l. pe. unde lex talem mulierem uiripotentem appellat; & ſi ante illud tempus cognoſcitur, dicitur immatura cognoſci. ff. de iniu. ſi ſtuprum, ſecundum Hoſti. [*& ibi. 14.*] adde, quod no. 77. di. quicunque, in 1. glo. [*& ibi, Atteſtationes*] & c. ex literis, qui ma. ac. poſ. inſuper 27. q. 1. nec aliqua ſupra de reg. ſignificatum, & c. ad noſtram. unde ſe-
5 cundum utrunque† ius matrimonium in tali ætate contractum, & ſi nunquam ſe cognoſcant, & naturalis frigiditas, nec aliud accidens impediat, tenet. nam tales ſunt apti ad cōſentiendum. & hoc ſolum ſufficit, ſupra ti. 1. tuæ, ſecundum Hoſtien. ¶ *In glo. matrimonialiter, in fi.*] dixit Innocen. etiam ideò prohiberi: quia timetur, ne per carnis copulam ſponſalia ratificentur, ſupra ti. 1. iuuenis. Hoſtien. dixit, quòd per ſponſalia, ex quo tenent, impeditur quò ad ſponſos tota conſanguinitas hinc & inde. non eſt ergo tutū, nec utile, ſed damnoſum reipublicæ, argumen. ff. ſo. ma, l. 1. tot uxores auferre ſponſo, & tot maritos ſpōſæ; quod fieret, ſi laxaretur, & non reſtringeretur in hoc licentia contrahendi ſecundum eum. ¶ *In glo. ulti. ibi, hoc quippe*] & ſupra de feriis c. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *Puberes qui dicantur, & nu. 2. & 3.*
*Pubertas quomodo probetur, & quomodo olim, & nume. 2. & quid ſit, ibid. & nu. 4. in fi. plena quando ſit, nu. 8.*
*Pubes quid.*
*Pudendorum inſpectio quibus caſibus non reuocata, & nu. 7. 8.*
*Corporis humani quæ loca pudibunda, nec nominanda, ac ſecreta, cir. fin.*

2 *Lanugo quid in humano corpore.*

3 *Pubeſcere quid, in fi.*
*Ad matrimonij contractum quæ ætas habilis in utroque ſexu, & num. 5.*
*Generandi facultas, uel potentia quo tempore ſit homini, ibid.*

6 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, num. 7. & 8.*

Coeundi

*Coeundi impotens ſi uir ſit quis iuris.*
*Adoptare qui poſſit & quot annis præcedere debet adoptandũ.*

## CAPVT III.

1 PVberes. Puberes † ſunt, qui ex ha-
bitu corporis generare,
& concipere poſſunt. Dicebat Ho. dicit,
unde pubes dicatur, & antiquus modus
probandi pubertatem tacitè reprobatur. quõ per te
ſtes pubertas probatur, qualiter ipſo facto uiri po-
tentia ante tẽpus oſtendatur[*A pube*]i. pudicitia Go.
q.d. pudore. Hoſti. ſm quem ad probandam puber-
tatẽ antiquo tempore inſpiciebantur loca ſecreta,
de quibus ſequitur. unde & tales pudore afficieban-
tur unà cũ inſpicientibus. unde Iuſtinianus illo pro
bationis mõ reprobato ſtatuit pubertatẽ annorum
numero probari. C. qñ tu. uel cu. l. indecoram, inſti.
qui. mo. tu. fi. in prin. unde, ſi imperatori hoc uiſum
eſt pudibũdũ, fortius & papæ. reprobat ergo, quod
quidam ſcripſerunt, pubertatẽ non probari annorũ
numero. concedit tamen, ꝙ quò ad uirginitatis &
membri apti probationẽ fit hodie hæc inſpectio. &
ſic loquuntur iura inducta in fine ulti. glo. quod fit
ex nimia neceſsitate, quæ legẽ non habet, ut no. ſu-
pra c. proxi. ad probandã uerò pubertatem ſemper
ſufficiunt anni, ut ibi dictum eſt[*Hæc loca*]quæ debẽt
eſſe pudica. Tan. dicit Hoſt. i. ſecreta, pudibunda, nõ
nominanda. Quid. n. uerbis opus eſt &c. C. de dona.
l. ſi certus eſt, & ſic non eſt certiorandus. s̃. de elec. cũ
inter uniuerſas, & dicebat Pe. ꝙ pro maiori parte ſe
culares, & regulares in illa practica ſunt inſtructi. l.
2 di. tua[*Lanuginem*]i. † piloſitatem. ſed hæc eſt nedũ pu-
dibunda, ſed etiam falſa probatio, cum nec omnes
piloſi ſint potenteſ. Hoſt. [*Quidam*]dicit Hoſt. ſic con
tinuandum, & ſubaudiendũ, probationem prędictã
tenebant antiqui: tamen quia ille modus probandi,
quia pudoroſus & falſus, non eſt approbandus. ideo
[*quidam*]Iuſtinianus. ſ. & iuriſperiti, & Romani ponti
fices[*ex annis*]i. ex annorum numero[*pubertatem exiſti
mant*] i. potentiam naturæ conuenientẽ cõmunẽ &
rationabilẽ. & ſequit̃ expoſitiue[*eum*] ſ. maſculum,
puberem exiſtimant eſſe qui. 14. annos impleuit, ſu.
& illam uiripotentem, quæ. 12. annos impleuit, ut di-
3 ctum eſt, ſupra c. proxi. ſm eum[*Impleuit*] & 15. † atti
git, ſi maſculus ſit. & hoc ſupplet lex dicens, ꝙ hi, qui
citius nuptias contrahunt, non minus 15-annorum
ad hoc procedunt, in auct. de tẽpori. non ſo. pec. ſu-
per do. §. & ſiquidem, colla. 7. alii dicunt, ſufficit. 14.
compleuiſſe. ſed in hoc non inſtes, quia certũ eſt, &
ſi compleuit. 14. attigit. 15. quia ingreſſus unius &c.
32. q. 1. cum renunciatur. Quid autem ſi de 14. annis
tres dies deficiunt? arguit, ꝙ uidetur non nocere. C.
de erro. aduo. l. 3. & remittit ad ea, quæ dixit, infr. eo.
continebatur[*Pubeſcat*]ideſt ſigna pubertatis oſten-
dat. T. [*certum eſt autem*] Hoſti. ſic continuat, quia ali-
4 qui † crederent, ꝙ ſi ætas non ſit impleta, non ſit qs
aptus ad matrimonium, ideo ſubmittit hunc uerſi.
per quod intendit, ꝙ licet dicta probatio ſit ſufficiẽs
quò ad conſentiendum, ut non ſit ulterius expecta-
re neceſſe, non tamen quò ad carnale debitum red-
dendum, uel quò ad hoc, quin ætas illa poſsit præue
niri, & quin inter minores habitus cõtractus ualeat
cum copula. dicebat Inno. de habente. 14. annos, &
non ualente coire fuit dubitatum, an matrimoniũ
contrahere poſsit: ſed de potente coire, licet minor
ſit. 14. certum eſt, ꝙ contrahere poteſt [*Pubertatem*]i.
probitatem, ſeu potentiam naturalem. Hoſt. [*Oſten-
dit*]q.d. hoc ſciri non poteſt, niſi pręcedat opus, licet
5 enim non † præſumatur potens minor annis 14. uel
12. tamẽ hęc præſumptio non eſt iuris & de iure, re
cipit enim contrariã probationẽ: vnde ex quo appa
ret de copula, liquet ꝙ malitia, uel probitas ſupplet
ætatẽ, de quo dic, ut dicam, infra e. à nobis[*Generare*]
etiam ſi ſit. 9. annorum tantùm, ſicut Gre. narrat in
dialogo. de illo, qui nutricẽ ſuam grauidauit, ut no.
20. q. 1. in ſum. & dicam, infra de eo, qui cog. cõ. c. vlt.
ubi uide plenius ſuper 1. glo. ſm Hoſt. qui etiam idẽ
dicit de puella, etiam ſi eſſet minor 7. annorũ, dum-
a modò diſcerneret, arg. ſupra ti. 1. iuuenis[a]. ſed ſi eſſet
trium annorum, non credit matrimonium, cum ta
lis. nec diſcernat, nec conſentiat, nec poteſt præſumi
conſentire, ſicut nec furioſus, ſupra ti. 1. dilectus, qa
talis furioſo comparatur. ff. de arbi. diem proferre §.
coram. ff. ex qui. cau. in poſ. ca. ſi pupillus. & breuiter
dicit, ꝙ ex quo eſſet doli capax, ſemper diceret ma-
trimonium conſumatum, cũ & talis conſentire poſ
ſit, inſti. de ob. quæ ex deli. na. §. in ſumma. ff. ad Silla.
excipiuntur, infra de delic. pue. c. 1. [*Pariunt*]ſup. uel
6 concipiunt. ¶ Glo. 2. † quærit, opi. ponit contrarium
& ſoluit. ¶ Vlti. glo. diſtinguit pubertatem matrimo
7 nii, & tutelæ ¶ [*In † ulti. glo. indecoram*] corrigit ius anti-
quum, quo iubebantur inſpici mares, ut in maribus
ſicut in fœminis curſu annorum finiatur tutela, &
8 idem ſe. ¶ [*In glo. 2. ibi, quidam*]hoc plus placet Inno. &
Hoſt. tenet præcisè, niſi eſſet naturaliter frigidus, vel
maleficiatus. & ſic intelligitur, infra de frigi. ꝙ ſedẽ,
in eo, qui non compleuit, ſm Hoſti. & ſi mulier di-
cat ſe uelle fieri matrem, conſulit Hoſt. ꝙ iudex ex-
pectet, donec maſculus impleuerit. 18. annũ, & po-
7 *niano*] uide, de transla. c.1. ſuper glo.2. ¶*In† glo.32. quæſtio.7. in fine*] dicebat Hoſtien. aliud in carnali matrimonio, ut hic, aliud in uinculo eccleſiæ, & ſimplicis ſacerdotis, ut ibi. Ratio, quia primum de iure naturali: ſecundum de iure canonico, arg. de conſuetu. c.fi. de ſpon. duo. c.fi. Item in carnali non imminet periculum niſi uni perſonæ, quæ ſe ab initio uoluntariè obligauit, & qui contraxit, ſuſpicari debuit hoc euenire poſſe. In ſpirituali uerò imminet periculũ pluribus, qui nec ſunt requirendi, de elect. Oſius, ſecundum Hoſt. tu dic ut in contrario dixi, ꝙ etiam ſpirituale non diſſoluitur quò ad uinculũ. ¶*In gl. no. quòd,*
8 *ibi, in iure*] princeps† tamẽ ſemper excipitur, cuius interpretatio eſt tam neceſſaria, quàm generalis, C. de le. & con. l.1. R. procedimus enim in iure de ſimilibus ad ſimilia, de reſcri. inter cæteras. Hoſt. [*& in fine*] de quo dic, ut no. infra de elec. ut circa, lib.6. ¶*In glo.*
9 *ult. ibi, quòd ſi dormierit*] dic ut ibi [*& in fine*] quid ſit† uir ẽ ethicus, & vxor exigit, & ſi ille reddat, eſt mortuus argum. ꝙ non teneatur, quia ordinata charitas eſt, ut prius ſibi conſulat. 88. diſtin. non ſatis, & ſupra de uſu pal. niſi ſpecialis, Vincen.

*SVMMARIVM.*

1 *Lepra ſoluit ſponſalia, niſi in duobus caſibus, & alio, nu.3.*
2 *Gloſſa quæ olim contextus euaſit.*
*Ex traductione firmatur matrimonium, & inducitur præſumptum, & quibus caſibus.*
3 *Conſumare pro conorahere, num.5.*
4 *Suffragium gloſſarum.*
*De nouo quæ emergunt, nouo indigent auxilio.*
*Mulier decipiens non iuuatur uelleiano.*
5 *Additio gloſſarum.*

## CAPVT III.

1 Literas. Summatum eſt, ſupra c.1. dicebat Hoſt. lepra† ſoluit ſponſalia, niſi tranſierunt in matrimoniũ præ ſumptum. Communis diuiſio, ſecundo ibi, Reſpondemus [*Poſt ſponſalia*] ideo dicit, quia ſi ſcienter quis contraheret ſponſalia cum leproſa, compelleretur conſumare, ſup. de ſpon. ex literis, & c. requiſiuit, ad hoc, in fra titu. 1. per totum,
2 C. de ac. & ob. ſicut, Hoſtien. [*De futuro*] hoc† uerbũ olim fuit gloſſ. Ala. qui dicebat, capitu. l aliter non tenere [*Traducatur*] ex traductione ergo firmat̃ matrimonium, & inducitur præſumptum, ad hoc, & ſupra de reſtitutio. ſpoliat. ex parte, & no. ſupra de ſpõ. adoleſcens, quod intelligi poteſt, quando mulier corrupta eſt indiſtinctè. Idem, ſi maritus dicat ſe illã cognouiſſe, uel ſi impubes ibidem facta ſit pubes, ff. de ri. nup. minorem, niſi mulier illum conuincat per corporis aſpectum, ut no. ſup de deſpon. impu. continebatur. Hoſtienſ. [*Conſumandam*] ideſt contra-
3 hendam. nam† ſi contracta eſſet, bene compelleretur, ut dictum eſt, ſupra capitulo proxi. unde ſequitur [*Ad eam recipiendam*] ſcilicet per uerba de præſenti, nedum conſumandam, ut eſt quæſitum, ſecundum Hoſtien. G. cõſumatum debet eſſe hoc in tex. & ita gloſſ. ſuper uer. ſponſalia, debet eſſe, ſuper glo. prima [*Sponſalia*] ſi tamen ſponſus ſanus infirmam cognoſceret, eſſet matrimonium præſumptum, ſu-
4 pra de ſponſa. is qui, Hoſtien. ¶*In† glo.1. ibi, ex cauſa*] uide, de iudi. capitulo primo, ſuper gloſſa ſecunda [*& ibi. ſi mulier in iure*] ſi mulier ſciens ſe non hæredem, in iure ſe reſpondit hæredem, non iuuatur Velleiano: quia decipit, ſed ſi decepta fuit, licet in eam detur
5 actio, cõpetit ſibi exceptio. ¶*In† glo.1. ibi, conſumatum*] ideſt per uerba de præſenti contractum. Abbas.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio tituli.*
*De ſeruorum coniugio loca iuris alia, quàm quæ hic ſint, indicat.*
*Erroris, & conditionis impedimentum impedit, & dirimit, excepto caſu.*

## De coniugio ſeruorum, Rub.

1 ¶Viſo† de matrimonio in genere, de coniugio ſeruorum ſubmittit in ſpecie, ſecundum Da. uel aliter. uiſo de impedimento lepræ, quod matrimoniũ nõ diſſoluit, videamus de impedimento erroris cõditionis, quod impedit, & dirimit, niſi ex certa ſcientia fuerit ratificatum uerbo, uel facto, infra capitu-
a lo fina. & per totum, ſecundum Goffred. & Hoſt.ᵃ habetur materia. 29. quæſtione ſecunda, per totum, & conuenit, ſupra de præſump. illud.

ANNOTATIONES.

a ¶Hoſt. Vide ad materiam huius titu. l. unam, §. ſed ſi quis hominum, & le. & in auꝯten. ad hæc, C. de La. li. tol.

*SVMMARIVM.*

1 *Seruus etiam contradicente domino contrahere poteſt, nu.4. ſed ob id non minus tenetur ſeruire, nu.4. & 8. poteſt fieri monacus, & quando uendi cogatur dominus, nu.6. & 9. & quando baptizari, num.7. pœnitentia poteſt ei iniungi, & quæ, ibid. reddere debitum uxori an proponere domino debent, nu.9. & corrigitur lex, num.3.*
2 *Famuli quidam etſi ſunt, homines tamen ſunt.*
*Seruitutis macula abluitur morum puritate.*
3 *In matrimonijs canoni ſtandum, non legi.*
*Matrimonia non debent prohiberi ſub ulla conditione, uel aliter, ſed eſſe libera.*
4 *Licet aliquid, quod non eſt honeſtum.*
*Domino in quibus obedire non debeamus, quæ ſeruus etiam factus maritus ei debeant, & in quibus parere, & numero 8. & 9.*
5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum. nu.6. & 7.*
*Patrem ſequuntur nati ex matrimonio.*
8 *Prior tempore in temporali non eſt prior in iure ſpirituali rei.*
*Cum onere ſuo etiam perſona tranſit.*
*Principale qui concedit, & acceſſorium uidetur concedere.*
9 *Euenire quod poſſit, præcogitandum, in fine.*

AC-

## CAPVT I.

Dignum. Caſus. Seruus† cõtradicente domino contrahere poteſt: ſed per hoc non minus domino ſeruire teneť. & poteſt diuidi in duas partes. prima ponit dictũ, & eius rationem. 2. quandam dubitationem ſoluit ibi, debita[*Apoſtoli*] ad Gala. 3. glo. ad col. 3. Hoſt. [*Seruus*] 29. q. 2. §. 1. Ca-
2 to, Quos famulos dicis, homines tamen eſſe memẽto. apud deum enim puritate morum abluitur macula ſeruitutis, ut dicit Hiero. ad Ruffinum. 35. [*Ma-*
3 *trimonia*] Corrigitur† ergo lex. C. de inceſt. nup. cum ancillis, quæ uocat tales coniunctiones cõtubernia, & ſtandum eſt in his canoni. & dixit Hoſt. ꝙ hæc litera eſt contra multos principes noſtri temporis, ꝗ etiam liberos ſine ſui licentia non permittũt matrimonialiter copulari. contra id. C. ſi nup. ex reſcri. l. 1. & 2. & quod dicitur, ſupra de ſpon. Gemma, cũ ſuis concor. ad idem, C. ſi rec. prouin. uel ad eum ꝑ ſpõ. de. l. 1. eſt etiam contra illorum conſue. qui non permittunt uiduas contrahere, niſi prius redimantur
4 [*Prohiberi*] ſub. honeſtum eſt tamen† ꝙ de dominorum conſenſu contrahant: tamen & ſi dominis cõtradicentibus &c. Hoſt. [*Ratione*] quia nec eſſe poteſt contra euangelicam ueritatem, ſupra de ſpon. c. 1. & eſt ſi. ſupra de præben. ratio. Hoſtiẽ. [*Debita*] q. in his, quæ contra deum ſunt, non debeant domino obedire. 11. q. 3. qui reſiſtit, & c. Iulianus, nec in his, quæ conſtat eſſe iniuſta, de temp. or. dilectus, ubi de hoc. aliàs temporalia, quæ ſeruus habet, omnia ſunt domini, & animaduertere poteſt in eum, quod dic, ut inſti. de his, qui ſui, uel alie. iu. ſunt. 1. reſpon. ad fi. & §. 1. ſecundum Hoſt. [*Conſueta*] certe & non conſueta, quia omnia ſunt domini, ut dictum eſt. uel ideò dixit hoc. quia ſi in aliquibus regionibus eſſet cõſuetudo, ꝙ ad certa tantum ſeruitia aſtringeretur, eccleſia talem conſue. deberet tueri, argum. ti. 1. c. uno, C. de longi temporis præſcri. quæ pro liber. l. 1. 2. & 3. &
5 no. infra de Iudæis, multorum. Hoſt. ¶Glo. 1. †obiectionem ſoluit diſtinguendo. ¶Vlt. gloſſ. reſpondet per quæſtio. ponit opi. alleg. in contrarium. 2. quæ-
6 rit, ponit opi. Ala. approbat contrarium. ¶[*In† glo. 3. ibi. §. nobis*] etiã ſerui poſſunt fieri monaci: quia quantum ad dei cultum neq; maſculus, neq; fœmina &c. ¶[*In ult. glo. ibi, poſſeſſionum*] uide, ſupra gl. proxi. [*& ibi. §. pen.*] & loquitur de ſeruo, quem dominus nimis ſeuerus uẽdere cogitur, & de ſeuero etiam & eo, qui ſeruum ad impudicitiam cogit, loquitur. l. ſe. ſi do-
7 minus. ¶[*In† gl. 2. ibi, baptizatus*] baptizari ergo põt ſeruus, nec per hoc fit præiudicium domino, ſecundũ Per. & Abb. quod intelligas, ſi dñs eius Chriſtianus eſt: alias dic, ut infra de Iudeis, c. fi. & de hoc dicam, eo. tit. c. 1. [*& ibi, præſentia*] ad hanc tenetur, ſeruus per decre. ſtatim alle. quia & ſi excommunicatus eſt, tenetur ire ad curiam. quod dic, ut infra de ſen. exc. relatum. ſed, ut dixit Hoſt. nõ eſt iniungenda ſeruo pœnitentia eleemoſynæ, cum nihil habeat. inſti. ꝑ quas per. nobis acqui. §. item nobis, & ſequentibus, neq; ieiuniorum, neque uigiliarum, neque alterius macerationis, neque aliqua alia, per quam redderetur inutilis domino ſuo ad operandum: quia dominus non debet priuari ſuo iure ſine ſua culpa, ſupra de cõſtit. c. 2. iniungatur ergo, ꝙ uadat ad eccleſiam, cum poterit bono modo, & huiuſmodi leuia, conſiderata qualitate criminis, & ꝑſonæ, uel orationes, quas poteſt facere laborando, & etiam per uiam eundo, arg. ff. de ope. libe. l. antepen. poteſt etiam ei iniungi pro pœnitentia labor, quem ſuſtinet domino ſeruiẽdo, & quod ei bona fide ſeruiat, nec aliquid ſubtrahat, & patientia ſeruitutis, ſecundum Hoſt. ¶[*In gl. 2. in fi.*] ſecundum. T. ¶[*In glo. coniunx. ibi, ſeparari*] de hoc. 81. diſtin. cum omnibus [*& ibi, petens dominum*] niſi conſuetudo loci eſſet in contrarium, infra eo. licet [*& in fine*] idem Phi. Goff. & Hoſt. Gui. Na. contradicens, ꝙ
8 †nati ex matrimonio ſequũtur patrem, ff. de ſta. ho. cum legitimè. 32. q. 4. liberi. de hoc, de ſeruis non or. c. fi. ¶[*In glo. ult. ibi, obediendum*] quia ſeruus prius domino obligatus, cum eodem onere tranſiuit ad uxorẽ, de pigno. ex literis. & ad hoc facit text. ibi, nõ minus. & ſic facit pro domino prioritas temporis, infra de reg. iu. qui prior eſt. ſed pro uxore facit, quia magis priuilegiata eſt ſua cauſa: quia ſcilicet eius obligatio ſpiritualis, & ſacramentalis. Prima uerò temporalis, & dominicalis, quo caſu ſæpe poſteriorem præferi-
a mus, infra de præben. is qui[a] [*& ibi, peteret ſeruum*] arg. ff. ad Sila. ſiquis in graui, §. ſi cum omnes. ſi ſeruus
9 †contraxit ſciente & permittente domino, debet debitum reddere: quia cum dominus conceſſit principale, & acceſſorium conceſſiſſe uidetur, de offi. delega. prudentiam. Si autem eo cõtradicente, uel ignorante, uidetur quod debeat mandatũ domini adimplere, niſi probabiliter ex dilatione timeat adulteriũ aliàs poſſet dñs officio ſuo omnino priuari. Rai. [*& ibi, ſequi*] ſed ſi eſt libera [*& ibi, alij*] Ro. Go. Phi. & Inno. & idem Vinc. tunc maximè, quando de uoluntate domini cõtractum fuit matrimonium [*& ibi, pro habenda*] T. & cogi debet uendere alii bonas cõditiones afferenti [*& in fi.*] & ff. de offi. præfec. ur. l. 1. §. ꝙ autem. dixit Hoſtiẽ. ſi ſeruus contraxit cum ſerua, & ſunt diuerſorũ dñorum, uera ſit opinio. T. & ſequacium. unde dicebat Inn. diuerſorum dominorũ cõiuges non debere ſic diuidi, quin aliquando ſibi debitum reddere poſſit. Dixit autem Hoſtiẽ. ꝙ ſi ſunt eiuſdem domini, aut ambos uendat, aut ambos retineat. Si uerò ſeruus contraxit cum libera ſciente, locum habet opi. Ala. & imputet ſibi illa, quæ debuit præcogitare hoc euenire poſſe, ſupra de ſer. non or. c. 1. & in hoc caſu non impedietur dominus, arg. C. de Iudæis, nemo, C. man. in re mandata.

### ANNOTATIONES.

a ¶Qui. l. ibi uide glo. 2. & in c. qui prior, præal. & de maio. & obe. per tuas, & uide, in l. priuilegia, ff. de priui. credi.

### SVMMARIVM.

1 *Cum ancilla ſi liber contrahat matrimonium ignoranter, ſeparatur, niſi poſtea hoc ſciens eam cognouerit, nu. 2. & 4. ſecus etiam ſi erat libera, & putabat ancillam, num. 3.*

2 *Error quis impediat & dirimat matrimonium, nu. 3.*

3 *Cum aſcriptitia ſi contrahatur matrimonium, tenet.*

4 *Actu unico quis perdit ius ſuum.*

*Dotem perdit, quæ eſt adulterata, in fine.*

5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 6.*

*Dubitans, pro ignorante habetur, & non eſt id perpetuũ, nu. 7.*

7 *Additio gloſſarum.*

*In poſſeſſione quæ eſt libertatis, uel matrimonij, in ea talis eſt habenda, lite pendente, nec ei turbanda poſſeſſio, uer. & ipſe Hoſtien.*

*Alimenta non negantur pendente cauſa ei, quæ eſt in poſſeſſione matrimonij, in fine.*

## CAPVT II.

1 Propoſuit. C. ſeparat† mřimoniũ quod liber ignorãter cũ ancilla contraxit, niſi poſtea hoc ſciẽs illam cognouerit, & ſunt duæ partes. in 1. propoſitio facti, in ſecunda diffinitionis cõmiſſio ibi,

ibi, Mandamus, & in diffinitione diſtinguit ſecundũ
membrum, ibi, Si uerò. dicebat Hoſt. liber cum an-
cilla contrahens diutius cum ea habitauit, tandem
conditionis errorem illl obiecit: nõ auditur, ſi de er
rore certificatus illam cognouit. ſin autem & cõtin-
git matrimonium ſeparari, reddere debet pecuniã,
quam occaſione dotis à muliere recepit [*Diutius*] ſed
hoc non obeſt. ſic, ſupra de eo, qui du. in ma. cũ ha-
beret, contra, infra c. proxi. ibi, ſol. Hoſt. [*Conditionis*]
2 error iſte† impedit & dirimit matrimonium, niſi po
ſtea ex certa ſcientia ratificetur tacitè, uel expreſsè, ĩ.
eo. ad noſtram. idem in errore perſonæ: ſecus in erro
re fortunæ, uel qualitatis, ut probatur. 19. quæſt. 1. §.
1. & quod dictum eſt de errore qualitatis, eſt verum,
niſi in caſu, ſcilicet cum intendo cõtrahere cũ Chri-
ſtiano, & eſt paganus, iudeus, uel hæreticus. hoc e-
nim non tenet matrimonium, etiam ſi contrahere-
tur à ſciente, niſi ad hoc ut conuerteretur ad fidem.
28. quæſtio. 1. per totum. Hoſtien. de hæretico, uide,
quod dixi, de condi. appo. c. fi. ſuper glo. 1. [*Et infra*] ad
debat mulier, quòd ipſe, ex quo hoc ſciuerat, eã co-
3 gnouerat. Pet. & Abb. [*Ancillam*] ſi quis† contrahat
cum libera, quam credit ancillã, tenet matrimoniũ:
quia non eſt ibi error conditionis ſeruilis, & eſt præ
ſumptio, ꝙ libentius contraxiſſet cum ea, ſi ſciuiſſet
illam liberam. unde dicebat Phi. hoc impedimentũ
inductum in fauorem libertatis. & hoc dictum Vin-
cen. tenet Innoc. hic, & Hoſt. infra c. ulti. & eſt caſus,
in quo iudicatur pro inuito, ff. de neg. ge. ſoluendo,
ff. de li. cau. l. 1. 2. & 3. cum aſcriptitia uerò uidetur, ꝙ
non teneat matrimonium: quia dicit lex, ꝙ inter a-
ſcriptitios, & ſeruos nulla eſt differentia, C. de agric.
nec diutius. uerius eſt, ꝙ tenet, quia liberi ſunt. & po-
teſt aſcriptitius permanere in poſſeſſione, in qua eſt
præter uoluntatem domini, C. de epiſc. & cleri. iube-
mus, & auct. aſcriptitios. Vincen. & facit, quod no.
infra de Iudæ. multorum, & c. de hoc. 19. quæſtio. 2.
in ſumma [*Carnaliter*] uel aliter conſenſit, quod dic,
4 ut infra c. fi. Hoſtiẽ. [*Cognouit*] no. ꝙ† quis unico actu
perdit ius ſuum. de hoc, ſupra de conſtitut. cum ac-
ceſſiſſent [*Fuerit*] quia non cognouit eam, ex quo ſci-
uit illam eſſe ancillam, & ſic ſeruitute probata ſentẽ-
tiam &c. Hoſtiẽ. [*Mulieri*] ideſt domino mulieris, uel
de æquitate canonica loquitur. Innocẽ. ſi. quod no.
13. q. 2. illud, in princip. & uide in Specu. de dona. in-
ter ui. & uxo. §. fi. uer. ſed qua actione [*Conceſſit*] dice-
batur in an. ſicut iuſtum fuerit. dicebant. T. & Vinc.
id dictum, quia ſi adulterata eſſet, dotem perderet,
5 de dona. inter ui. & uxo. plerunque. ¶ Glo. 2. † reſpon
det, per. q. quid de illo, qui non credidit. alle. pro eo.
6. iura, & duo contra, & ſoluit diſtinguendo. ſecũdo.
g. quærit, arguit, proponit duas opinio. & ſoluit, &
6 huic literæ reſpondet. ¶ [*In† glo. 2. ibi. l. 2.*] uide, de offi.
delega. cum contingat, ſuper 1. gl. [*& ibi, habendus eſt*]
unde indebitum ſolutum repetit [*& ibi. §. his qui*] qui
dubitat, an homo apud eum exiſtens ſit liber, nõ te-
netur interdicto, de libe. ho. exhi. [*& ibi, cum ante, quàm
partes*] ſi ante, quàm partes caducæ à fiſco peterẽtur,
hi qui ſe exiſtimabant hæredes, uendiderunt hære-
ditatem, non tenentur ad uſuras precii. ſed melius fa
cit, §. à quo. uide in c. cum contingat, ſuper 1. gloſſ.
¶ [*In glo. ult. ibi, §. ult.*] incipit, eius nomine, uide de præ
ſump. illud, ſuper gloſſ. 4. [*& ibi, Proculus*] uide de eo,
7 qui duxit. c. 1. ſuper 1. gloſſ. ¶ *In† gl. 2. ibi. l. ult.*) uide, qđ
no. C. de acqui. poſ. l. nemo (*& ibi, inquiſitioni*) uide, qđ
ibi dicam, in gl. quid ſi. (*Cum antequam partes*) glo. Ala.
& uide, quod no. de reſcrip. cum contingat, in glo. 1.
dixit Hoſtien. ꝙ illa & ſimilia intelliguntur, cum agi-
tur de contrahendo, remittens ad ea, quæ de ſimili
a materia notauit, qui cle. uel uo. ueniens[a], in fi. & ibi,
dic ſecundum. T. (*& ibi. T. dixit*) Vincen. Phi. Goff. &
Inno. & hoc ſequor de rigore (*& ibi, ſed ſatis*) uidetur
idem. G. Na. & idem per omnia. Hoſtien. & his fauet
æquitas. & ipſe Hoſt. inducit, ſupra tit. proxi. quoniã,
dicens, ꝙ ipſe non cognoſcit eam tanquam ſeruam,
uel liberam, ſed tanquam illam, quæ eſt in quaſi poſ
ſeſſione libertatis, & ſi libera non ſit, & tanquam il-
lam, quæ eſt in quaſi poſſeſſio. matrimonii, & ſi vera
uxor non ſit, & lite penden. talis eſt habenda, nec eſt
eidem ſua poſſeſſio turbanda. & dicit hoc ſatis exp̃ſ-
ſum, de frigi. fraternitatis, §. nam ſi tantum, qui fil.
ſint le. cum inter 1. remittit eriam ad ea, quæ not. in
ſum. eo. titu. §. fi. uer. quid ſi lite, & ſupra de conuer.
con. c. fin. (*& in fine*) adde, quod no. 34. diſtin. ſi cuius.
dixit Phi. certum eſt, ꝙ pendente cauſa non negabit
ei alimenta, ff. de lib. agno. ſi neget.

ANNOTATIONES.

a ¶ Veniens. Vide Io. And. infra de eo, qui dux. in marri. quam pol. per adul. capitu. ueniens, in glo. omnino, & Barto. in l. is poteſt, ff. de acqui. poſſeſ.

*SVMMARIVM.*

1 *Liber eſt, natus ex libero & ancilla, & ut liber contrahit matrimonium, ſi ex conſuetudine partus conditionẽ ſequitur patris, Gerere ſe pro aliquo eſt ius, in fine.*
2 *Temporis diuturnitas, libertatis fauor etiam in dubio prodeſt, num. 3.*
3 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum. nu. 4.*

## CAPVT III.

1 LIcet. Caſus. Si cõſuetudo† eſt in loco,
ꝙ partus cõditionẽ patris ſequa-
tur, natus ex libero, & ancilla liber eſt, &
ut liber matrimonium cõtrahit. & duo
facit. narrat factum ſm̃ utriuſq; partis ꝓ
poſitionẽ. 2. ibi, uidetur, quid ſit diffiniendũ. reſpon.
dicebat Hoſt. ſponſus mulieris ſeruus mon. eſſe pro-
ponitur, qui pro libero ſe geſſit per decenniũ poſt
mortem patris, cuius conditionem ſequi debet. op-
ponitur: pro matrimonio ſecurius iudicatur (*Suæ*) ſ.
uiri. T. (*Ignara*) ſic. ſup. c. pro. Hoſt. Credebat. n. eũ eſſe
liberũ. Pe. & Abb. (*Proponatur*) dicebat forte, ꝙ fuit fi-
lius ancillæ monaſterij (*Prouinciæ*) ſ. Lombardiæ. T.
Vin. Gof. (*Geſſiſſe*) in hoc eſt bene uis. Hoſtien. (*Ratio-
2 ne† temporis*) dic, ut no. ſupra de eo, qui du. in ma. cum
haberet, §. pen. ſed contra ſup. c. prox. So. ibi, certum
erat de condi. ſeruitutis, & ideo non ob. tempus. hic
uerò erat dubium, & ideo prodeſt, necnon & liber-
tatis fauor, ut ſequitur. Hoſt. (*Libertatis*) & matrimo-
nii, infra qui ma. ac. poſ. uidetur, Hoſti. (*iudicandum*) ſ.
3 non eſſe diuortium faciendum. Inno. ¶ Gl. 2. † ſoluit
contrarium. ¶ *In gl. 1. ibi, partum*) partus ſequitur uen-
trem, & idem ſequens. ¶ *In glo. ult. ibi. §. ſi quis ſeruo*) ibi,
ſunt uerba gl. & ponitur caſus de illo, qui reliquit di
rectam libertatem ſeruo pignorato, quæ de iure ſtri
cto non ualet, ſed propter fauorem libertatis ualet,
ut fideicommiſſaria (*& ibi. l. 1.*) parentes utriuſq; ſe-
xus, licet filiis etiam emancipatis cuiuſq; gradus im-
ponere mandatum, ut ſeruum in libertatem produ
cant. fouere enim & tueri libertatem eſt principi, &
4 eius nomini peculiare. ¶ *In† gl. 1. in fi.*) & 32. q. 4. liberi.
a ¶ *In gl. 2. ibi. l. 1.*) de hoc. 12. q. 2. longinquitate[a].

ANNOTATIONES.

a ¶ Longinquitate. Poſſeſſio autem ſerui quomodo perdatur, uide Io. And. in c. 2. de ſer. non ord. ſuper gl. 2. & de materia glo. uide inſtitu. de ingenuis, in prin.

*SVMMARIVM.*

1 *Cum Ancilla ſi liber contraxit, hoc ignorans, et ex quo ſciuit, nõ conſenſit in eam, ſeparatur matrimonium.*
2 *Legatus cognoſcit de cauſis prouinciæ ſuæ.*
*Error quis impediat, & dirimat matrimonium, nu. 7.*
*Nihil tam conſenſui contrarium, quàm error, num. 6.*
3 *Conſtat aliquando eo ipſo, cum non probatur contrarium.*
*Ignorantiam quis regulariter probare non cogitur, licet aliquando ſecus, & quando.*
*Iuramento uiri ſtatur de diſſenſu ſuo in mulierem.*
4 *Matrimonium quibus ratificatur modis, uerbo, uel facto, & nume. 7.*
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 6.*
*Inuitus dicitur, qui non conſenſit.*
*Nouum quid quando dicatur, exempla quædam afferuntur, §. in gl. 2. uer. ſed ſi manente.*
*Nouus conſenſus quando requiratur, ibid.*
7 *Additio gloſſarum.*
*Copula carnalis nunquam probat conſenſum, nullo præcedente tractatu.*
*Contractum confirmare an cogi poſſim, qui nullus eſt ex conditione meæ perſonæ, ſed pars alia contradicitur, in fine, iuncta gloſſ.*

## CAPVT IIII.

1 AD noſtram. Caſus. Si liber† contraxit cum ancilla hoc ignorans, & ex quo ſciuit, non conſenſit in eam, ſeparatur matrimonium, & cũ alia contrahere poterit. & ſunt duæ partes. 2. ibi, Ideoque. & dicebat Hoſt. miles ab uxore propter conditionis errorem ſeparatur, ſi ignorã ter contraxit, nec poſt certificationem in ipſam tacitè, uel expreſsè conſenſit, ut cum alia contrahat, licẽ
2 tiatur [*Militem*] erat† iſte de prouincia commiſſa legato, & ideo potuit cauſam diffinire, ſupra de offi. leg. c. 1. [*Conditionis*] deterioris, reſpectu cõtrahentis, ſecundum Goff. qui hoc no. in ſum. huius tit. §. item quid ſi ſeruus. per quod ſequitur, ꝙ ſi ſeruus contrahit cum ancilla, credens contrahere cum libera, teneret ſecundum hoc matrimonium: quia reſpectu ſuæ conditionis non eſt deceptus. & uide, quod de hoc no. 29. q. 2. in ſumma. & idem tenet Inn. ſupra c. 2. Si uerò non erraſſet in conditione, ſed in qualitate conditionis, ut quia credebat liber contrahens cũ ancilla illam eſſe ancillã eccleſiæ, & erat ancilla priuati, non impediet iſte error matrimonium. ſufficit, quod non eſt iure ſcriptum. Item error qualitatis ꝑſonæ, de qua conſtat, non dirimit. 29. q. 1. per totum, ſicut nec error qualitatis ſeruitutis, de qua conſtat. aliàs ſequeretur, ꝙ cõtrahens cum ancilla Titii, quã credebat clementem, uel locupletem, ſi nõ eſt talis, peteret diuortium [*Errorem*] tu uerò ſibi denegas licentiam contrahendi. & ſine hoc ſubauditu male ſe quereretur, Ideoque &c. ſecundum Hoſti. & forte fiebat hæc denegatio ſecundum eum: quia forſan dicebatur miles in eam conſenſiſſe, nec obſtabat ſententia: quia non tranſit in rem iudicatam [*Conſtiterit*] cõ-
3 ſtat hoc ipſo† ꝙ contrarium non probatur. ſic, ſupra de his, quæ fi. à præla. ea noſcitur. ubi de hoc. nec enim cogitur quis probare ignorantiam, niſi forſan, ut no. de elect. innotuit, & c. cum terra, in fi. quia regulariter quilibet præſumitur ignorans, ff. de proba. uerius, de reg. iu. præſumitur, lib. 6. tamen deficiente probatione de his, quæ ſequuntur, ſtabitur iuramento ſuo, ſupra de deſpon. impu. atteſtationes, ad fi. Hoſtien. [*Intellexit*] & credidit, quod dic, ut ſupra cap. 2.
4 [*Facto*] eam† cognoſcendo. Pet. [*Nec uerbo*] per quod ratificet matrimonium, aut proponendo uerba cõſueta ad matrimonium contrahendum, ut ſupra de ſpon. ſi inter, uel æquipollentia, eo. titu. ex parte: ſed & ſi nulla uerba de nouo interueniant, dummodo incipiat ei placere, quod eſt factum etiam tacito cõſenſu, matrimonium confirmat, ſupra de deſpon. impu. literas, ff. de ſpon. ſed quæ patris, Goff. [*Alia*] in domino, ſupra, qui cleri. uel uo. ueniens, in fi. de eo,
5 qui duxit in ma. c. 2. in fi. Hoſtien. ¶ Glo. 2. no. ipſo facto matrimonium contrahi, & ratificari. ad id obiicit, & ſoluit. demum quærit, & ſoluit. itẽ quærit, po-
6 nit opi. Io. quam approbat. ¶ *In† glo. 1. ibi, ſi per errorem*] non conſentiunt, qui errant. quid enim tam contrarium conſenſui, ſicut error, qui imperitiam detegit [*& ibi, non idcirco*] licet pater ab aliquibus ut à liberis pecuniam debitam receperit errans, filii quæſtionẽ ſtatus illius mouere non prohibentur. ¶ [*In gl. 2. ibi, ſed quæ*] uide hanc, & l. nutu, de ſpon. tuæ, ſuper 2. gloſſ. [*& ibi, ſi quis*] uide, de his, quæ fiunt à præla. cũ nos, ſuper gloſſ. 2. [*& ibi, in eo, §. deinde*] liberta non diuertit à patrono inuito, & inuitus dicitur, qui non conſentit [*& ibi, ſed ſi manente*] ſi lapſa die, preges precariũ primum non renouatur, ſed nouum cõſtituitur [*& ibi, ſi cum dies*] 1. reſpon. in prorogando requiritur nouus conſenſus, hic & ſequens [*& ibi, §. cum adiicitur*] ſi aliquid additur, uel detrahitur obligationi, noua eſt ſtipulatio, & ideo noua uerba ſunt neceſſaria [*& ibi, ſed quæ patris*] uide ſupra [*& ibi, quamuis*] uide, de ſolu. c. fi. ſuper 1. glo. [*& ibi. ſi mulier. 2.*] uide, de renun. quidam, ſuper prima gloſſa [*& ibi. l. 3. §. ſcio*] uide de teſti.
7 cum cauſa, ſuper gloſſ. 1. ¶ *In† gl. 1. ibi. §. his*] aliàs eſt, uer. ſub. §. 1. ¶ *In glo. 2. ibi, aliqua uerba*] ubi enim nullus præceſſiſſet tractatus, carnalis copula nũquam probaret conſenſum, ff. de regulis iuris, l. nuptias. Hoſti. [*& ibi, ſed pone hic*] quod ſequitur, not. 29. q. 2. ſi quis ingenuus [*& ibi, dico quòd non*] idem Goff. [*& ibi, libertatem*] ſed hoc matrimonium non tenuit propter errorem conditionis. ergo nec libertas competit, quæ ratione matrimonii contingit. Solu. poteſt dici, ꝙ cum incipiunt contrahere, amittit dominus ancillæ dominium, & ſic contrahitur cum libera, unde tenet matrimonium, Goffre. & facit, quod not. 1. quæſtione prima, detrahe, in gloſſ. 1. [*& ibi. c. 1.*] per hanc decre. dicebat Phi. quòd illa uiro contradicente poterat matrimonium confirmare [*& in fin.*] idem Goffred. & Vincen.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpoſitio tituli.*
2 *Conditio nati inſpicitur ex uentre matris.*
*Semen non inſpicitur, ſed terra, ubi ſeminatur.*
*Ad libertatem partus liberam ſemel fuiſſe matrem ſufficit.*
3 *De conditione, uel ſtatu natorum alibi, quàm hic, & ubi tradatur.*

## De natis ex libero ventre, Rub.

1 ¶ Nacta† occaſione ex titu. proxi. ponit hanc rubricam ſecundum Da. ſecundum Goff. uidimus de conditio. coniugatorum, eſt uidendum de cõditio. natorum, & ideo hanc ſubmittit. dicebat Hoſtien.
2 ſeruilis† uenter, de quo præmiſſum eſt, non parit niſi ſeruilem partum, ſic nec liber niſi liberum. Non ergo inſpicitur, quis ſemen iaciat, imperator, uel ruſticus, ſed terra, in qua ſeminatur, & illius erit bladũ, cuius eſt terra. nec patiť rõ naturalis eſſe alterius arborem, quàm illius, in cuius terra radicem egit, inſti. de
a rerum diui. §. ſi Titius, & §. qua ratione[a]. ſufficit autem ad libertatem partus ſemel matrem fuiſſe liberam tempore, quo partus fuit in uentre, ff. de ſta. ho.

& ſeruo,§.ingenuorum,inſtitu,de ingenuis,§. ſuffi-
3 cit.de cæteris remittit, ad ſum.eo.tit. ad† materiam,
facit.32.quæſtio.ulti.liberi, & conuenit,ſupra de ſer.
non ord.capitu.ulti.

---

ANNOTATIONES.

a ¶Qua ratione. Ibi uide gl.quæ incipit, ſup.§.certè.& uide glo.
in §.cum in ſuo,quæ ponit uerſus.

*SVMMARIVM.*

1 *Natus ex libera,uel liberta,liber eſt,& ingenuis,nu,3.excipias ut nu.3.cir,fin.*
*Quid deceat,inſpiciendum,& id honeſtatem propriè reſpicit.*
3 *Seruitium, pro ſeruitute.*
*Obuiare, pro præiudicare.*
4 *Argumentum à minori ualet,ſicut & à contrario, num.3.*
5 *Epilogus,& ſuffragium gloßarum. num. 6.*
*Facere quod alium prohibere teneor, non debeo, fallit in iuribus nota,num.8.*
*Defendere qui me tenetur,impugnare me non debet.*
7 *Suppletio gloſſarum.*
*Ad ſeruitutem qui reuocentur.*

## CAPVT III.

1 INdecens. Caſus. Natus † ex libera,uel liberta,
liber eſt.& primò ponit generale iu
ris dictū, ex quo caſum diffiniri mā
dat,ibi,Propterea,in fin.ibi,durum,
quandam ſpecialem abſurditatē re-
torquet in actorem.& no. inſpicien
2 dum†quid deceat, quod propriè reſpicit honeſtatē,
ſupra de uoto magnæ,de elect.cum non deceat, lib.
6.[*Progeniti*] ergo non loquitur de natis tēpore ma-
a numiſſionis[a],ſed poſt,ſecundū Goff.[*Libera*] de qua
non dubitabatur. & ideò quaſi corrigendo ſubmit-
tit[*Seu liberta*] ſecundum Hoſtien. [*Liberta*] qui ex li-
3 berta† naſcitur ingenuus eſt, C. de oper. liber. quod
ex liberta,inſt.de ingenuis,in prin.Phi.[*Ad ſeruitium*]
ideſt ad ſeruitutem.C.de na.ex lib.uen.l.1.Inno.[*Ob-
uiare*] ideſt præiudicare.T.[*Eius*] libertæ, & filiorum,
ſecundum Hoſt.qui intelligit,ꝙ filii libertæ peteban
tur à mon. tanquam ſerui: quia ipſorum mater fue-
rat ancilla mon.& ipſi producebant inſtrumēta ma-
ternæ manumiſſionis factæ, ſecundum formam ca
nonum,uel tanquam de bene merita, puta quia ue-
rè erat bene merita.12. quæſtio. 2. ſi quos de ſeruis,
uel ſecundum decre.ſupra de rerum permuta.c.3.&
4.& de rebus eccle.non alienan.conſenſus[*Eandem*]ſ.
eccleſiam.ergo à contrario,ſi prætendat cauſam ra-
tionabilem,audietur,puta cauſam ingratitudinis li-
bertorum,uel filiorum libertæ.de hoc tamen dic,ut
no. & dixi,de reb.eccle.non alienā.c.3.[*Alij*] de qui-
4 bus minus uidetur.& ſic,argumen.à † minori[b] tueri
b debent ab eccleſia,de qua magis uidetur.ſi. de deci-
mis,ex parte.3. & ex hoc ſequitur, ꝙ ſi alii uolunt li-
bertatem ſuā defendere, multo magis eccleſia hoc
5 facere debet. ¶Secunda† glo.arguit. ¶Vltima gl.ar-
guit, alleg.9.iura,alleg. in contrarium,& ſoluit. ¶*In*
6 †*ult.glo.ibi,altius*] loquitur in tutore, ul curatore, cu-
ius ædes ſeruitutem debent ædibus pupilli, uel mi-
noris[*& ibi,frater à fratre*] ſi aduerſus extraneos defen
di debuiſſet,fortius in eo,quod frater debuit,indem
nis præſtabitur[*& ibi,tutor*] tutor filii illius, cui ex fi
deiuſſionis cauſa obligatus erat,à ſeipſo debet exige
re[*& ibi.§.2.*] incipit,item ſi hunc,& §.ſequē. uidea-
mus, qui eſt ultimus in l. uide, ſupra de iudi.dilecti,
7 ſuper gloſſa ſecunda. ¶[*In* † *fi.glo.1.*] & in eo,qui ma-
ior.20.annis ſe uendi permiſit ad pretium participā-
dum,& participauit ſciens,ut inſtitutio. de iure per-
ſo.§.pen.& ff.de libe.cau.l.liberis,1.reſpon. hoc ple-
nius dixi in Spec.de reſtitutio.in integrum,§.2. poſt
principium,ibi,ſecus ſi maior,& ex ingratitudine li-
bertus in ſeruitutem reuocatur.12. quæſtio.3. liber-
ti. ¶[*In glo.2.ibi reprobari*] de hoc no. & dicam, ſup.de
fide inſtrumen.imputari.¶[*In glo,ult,ibi,Sylueſter*] 19.di
8 ſtin.nulli fas[*& in fine*] Item † contra, C. de ſacroſan.
eccle.iubemus,35.q.9.quod quis,ſupra de elect. no-
ſti.ff.de adop.ſi pater,ff.de poſtulan.à principe,ff. de
nego.geſt.at qui natura,§. cum me abſente, ff. de fi-
deiuſſo,tuto.l.tutor.30.quæſt.7.§.tria,in fin.C. ſi ad-
uer. rem iudica.l.2.12. quæſtione ſecunda, ſi qua de
rebus. Hoſtien.

---

ANNOTATIONES.

a ¶Manumiſſionis. Vide gl.in c.4.de re.eccle.non alienan.& in l.
fi.C.de lib.& eo.liberis.
b ¶Minori.De quo uide in c.cum in cunctis, de elect. in glo.quia
uiliſſimus.

*SVMMARIVM.*

*Continuatio tituli.*
*Spiritualis cognatio dignior corporali.*
2 *De hac cognatione quæ iura alibi, quàm hic loquantur,adijcit.*
*An per Iudæum,uel paganum, uel hæreticum baptizantem, uel leuantem contrahatur.*
3 *Eius diuiſio quæ,& ad quos tranſeat.*
4 *Quibus caſibus impediat,& dirimat.*

## De cognatione ſpirituali. Rub.

1 ¶Dicto† de aliis impedimentis matrimonii, de tri-
plici cognatione ſubmittere intendit, ſed quia ſpiri-
tualis eſt dignior,& ideò de illa præmittit ſm Da. &
Gof.ad hoc.de maio.& obed.ſolitæ.12.q.1. præcipi-
mus.C.de ſacroſ.ec.ſancimus.1.& l.fi.ſm Hoſt.habe
2 tur † materia. 30.q.1. & q.3.& q.4.per totum, & facit.
33.q.2.ſi quis cum matre,& repetitur.in 6.an autem
hæc cognatio contrahatur per Iudæum,uel paganū
uel hæreticum baptizantem, uel leuantem, dicā, de
3 reg.iu.ex eo,lib.6.& dixit hic Hoſt. in rubrica,ꝙ† co
gnatio ſpiritualis diuiditur in paternitatem, filiatio-
nem,fraternitatem, & ſororitatem. plenius dicas, ꝙ
eſt cognatio paternitas, & filiatio reſpectu leuantis,
& leuati.& eſt compaternitas reſpectu leuātis,& pa-
rentum leuari. & eſt fraternitas reſpectu filiorum le
uantis,& reſpectu ipſius leuati. & adde,quod dicam
ſecundum Hoſt.infra eo.Martinus,in fi.dixit Innoc.
hanc cognationem non tranſire ad nepotes, & ulte
riores. filia enim ſpiritualis contrahere poteſt cū fi-
lio filii mei, licet non cum ipſo. & ſufficit, ꝙ non eſt
prohibitum. ad hoc.30.q.3.c.1. Dicit† etiam, ꝙ filia
ſpiritualis non poteſt copulari filio illegitimo,ſed a-
doptiuo bene.20. caſus, quibus cognatio ſpiritualis
impedit,& dirimit,no.in ſumma huius libri.

*SVMMARIVM.*

1 *Compatrum duorum filij, per quorum neutrum deuentum eſt ad compaternitatem,licitè contrahunt,niſi conſuetudo repugnet, num.2.*
2 *Conſuetudini ſtandum,ſi eius tranſgreſſio generet ſcandalum, & ipſa conſtet.*
3 *Mentio etiam ſi non fiat in primo de ſecundo canone,corrigit primum.*
*Cum ſorore filij ſpiritualis contrahere poſſum, in fin.*
4 *Epilogus,et additio gloſſarum. nu.5.*

CAPVT I.

1 VTrum autem. Iſtud.ca.& infra c.ſup eo,hoc dicunt.filij † duorum compatrum, perquorum neutrum deuentum eſt ad compaternitatē, licitè contrahunt, niſi cōſuetudo repugnet. Separabuntur autem, ſi ꝓpter utrunque, uel alterum compaternitas eſt contracta. dicebat Hoſti. quæſtio dubitabilis canonum contrariorum inductio, poſterioris approbatio, & approbationis exceptio.& iſta ſit diuiſio.ſecūda ibi, & licet.3.ibi,vnde nobis.4.ibi,Niſi [*Cōſuetudinem*] cui
2 ſtandum † eſt,ſi eius tranſgreſsio ſcādalum generet, & de ipſa cōſtet,ut patet in fi.& infra e.ſuper eo.Ho. & quod dicit, inf.ꝙ poſterior canon iſtum corrigit, intelligitur in illis locis, in quibus non ſeruatur cōtraria conſuetudo [*Poſterius*] contra.l. domino ſancto,in fi.dic ut ibi [*Corrigere*] & procedit hoc, etiam
3 ſi de primo † non fiat mētio in ſecundo,infra de cōſti.c.1.lib.6.[*Per quem*]ſ.poſteriorem.Hoſ.[*Illa*] nam, quando de illa agitur,ſemper eſt matrimonium dirimendum, infra c.ſuper eo.1.reſpon. Hoſti. [*Perſona*] non intelligas de ſuſcipiente,ſed de ſuſcepta.& vide, quod no.infra e.cap.1,1.reſpon. in ulti.gloſſ.lib.6.& refert hic Abb.tēpore magiſtri ſui de hoc fuiſſe quæſtio.Bon.& ꝙ paſcens pauperes,& multi alij per hāc literam dicebant,quem non poſſe contrahere cum ſorore filij ſpiritualis, ſed hoc eſt falſum, ut ibi dixi. & idem tenet Pe. infra eo.tua [*Conſuetudo*] de hoc ui-
4 deas, infra ūo.ſuper eo. ¶Vlti.† glo.ponit opi. Hug. contra quā alle.tria iura.dat duas ſolutiones, & pri-
5 mam approbat. ¶[*In † gl.ibi, dicatur*] & malè.ſi.12.q.1. futuram,in ſuperſcrip.[*& in fi.*]uel forte loquitur de alijs canonibus, quos non habemus.Ala.Gof.& Inno.& eſt ſi.quod no.ſecundum Hoſtiē.ſupra de eo, qui du.in ma.cum haberet, uer.noſtri. ¶[*In glo.ulti.ibi, poteſt dici*] ſecundum.T.& Vincen. Idem Goffre.

*SVMMARIVM.*

1 *Compaternitas ſcienter,uel ignorāter inter cōiuges ſuperueniens non diſſoluit coniugium, & idem de ſimilibus nu.2.*
*Diuiſio decretalis.*
3 *Opiniones diuerſæ ubi ſunt, quæ præferenda.*
*Pro matrimonio quæ ſtat, ei adhærendum, in fi.*
4 *Videtur quod papæ, neceſſarium nobis eſt.*
*Baptizare quis poteſt etiam filium in periculo mortis conſtitutum, ſi alius non occurrat.*
5 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

CAPVT II.

1 SI vir. C.Compaternitas † ſcienter, uel ignoranter inter cōiuges ſuperueniens coniugium nō diſſoluit. & ſunt duæ partes.in 1.conſultatio.in 2.ibi,conſultationi reſpō. In reſponſione uerò duo facit.1.diuerſitatem antiquorum canonum recitat. 2. alterā partem approbat, rationem inducens per locum à diuiſione.2.ibi, Ideoque.& dicebat Hoſtiē.facti qō, diuerſa reſponſio,unius approbatio,approbationis ratio. & ſeūndum Abb.ſup.in prin.quæſiuiſti.quod
2 † autem dicit hæc decre.de compaternitate, intelligas repetitum de quauis cognatione,ut ſi pater vxoris meæ nunc me teneat in ſacramēto baptiſmi, uel confirmationis, uel ſi ego teneo coniugem, uel ſimile [*Debeant*] non,ut patet ex ſequentibus. Hoſtiē.
3 [*Humani*] no.ꝙ † ubi ſunt diuerſæ opi.uel diuerſa iura, humanior eſt preferēda.i.rationabilior.ad quod facit, quod no.ſupra de præben.ratio. imò æquior, de tranſac.c fi.ubi utraque humana eſt, maiori parti ſtandum eſt. 19.di.in canonis, & ſaniori, quod dic ut no.in alia materia, ſupra de ele.eccleſia.2.§.fin.& infra de priui.quia circa.imò conſulendus eſt papa. ſupra de reſcri.ſuper literis, infra qui fi.ſint le.per venerabilem.§.rationibus:uel dic,vt leg.& no.30.diſt. de quibus.Hoſtien.[*Aliter*] ſ.ꝙ non ſint ſeparandi,& huic ſtandum eſt. & trado tibi iſtud pro regula certa & ſana, ꝙ ubicunq; magiſtri per ſuas glo.ſoluunt matrimonium,nec ius expreſſum inducunt,ſi inuenias aliquem contrarium ſcribentem,illi adhæreas, ar. ſupra de teſti.licet ex quadam,in fi.Hoſtiē.(*Nobis*
4 *† uidetur*) & nobis uideri oportet,qui in talibus habemus obedire neceſſæ,ſecundum Hoſtiē. (*Subtrahere*) imò ſoluere.ad hoc, ſupra de cōiu.lepro.quoniam, ad fi.Hoſt.(*Induci*) quam etiam in propria domo ſeruare poſſunt.33.quæſtio.6.quod deo.Hoſt. (*Ignorantia*) vt quia in ſabbato ſancto cum multi baptizarentur,credebat leuare filium Martini, leuauit propriū (*Malitia*)cauta litera non dixit,ſi ex certa ſcientia:qa talis poſſet eſſe non malitioſa, quia baptizauit filiū in mortis periculo conſtitutum,cum non occurreret alius, qui baptizaret,iſtud non eſt imputandum.
5 30.quæſtio.1.ad limina. ¶Gloſſ.3.† quærit,& ſoluit. ¶[*In glo.ſed nunquid,ibi,exigere*) ar.30.quæſtio.1.de eo.& & hoc tenent Goff.& Hoſt.niſi ambo fuiſſent in dolo:quia tunc ambo exigerent, & fieret compēſatio, ar.infra de diuor.ſignificaſti,& ff.de compen.l.ſi ambo,ſecundum Goff.& Vin.al.de pœnis,conſtitutus. Hoſt.dicit,ꝙ neuter debet exigere,& neuter ſubtrahere,& hoc ſonat litera ſuperior,& infra eo.ꝑcto,in fi.ſed melius facerent continendo (*& in fi.*) ſm Vin.

*SVMMARIVM.*

1 *Diuiſio decretalis.*
*Compatrum filij,per quos uentum eſt ad compaternitatem, coniugi nequeunt: & coniuncti ſeparantur, nulla contraria obſtan. conſuetu.& num.2.*
*In alijs cōſuetudo metropolitanæ,uel uicinarum eccleſiarum ſeruanda, ſi propria non eſt, nu.2.*
2 *Conſuetudo irrationabilis præſcribi non poteſt, & quæ ſeruanda ſi propria caremus, & nu.3.4.8.& 9.*
*Et quando eſt contraria, quid iuris.& nu.3.4.& 9.*
3 *Impedimentum hic in caſu ſpeciali inducit, & ratio, num.10.*
*Et quando habeat uim conſtitutionis, ibid.*
*Ad conſequentia, uel ſimilia non trahendus caſus ſpecialis, & nume.10.*
4 *Permittere, pro conſiſtere, & approbare.*
*Deſimulatio reprobationis qualiter adhibenda, & nu.5.eſt quædam comparatiua, nu.6.& 11.*
*Vicini non ſcandalizandi, ibid.& nu.6.*
5 *Per diſpenſationem non uidetur quis iuri cōi conſentire, in fin.*
6 *Eſt, pro eſſe debet.*
*Reſolutio uerbi, ibid.*
*§.uerum, intellectus.*
*Scandelum uitandum, pariter ſi diuerſa teneantur. aliquibus uerti uidetur in peccatum.*
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.8.*
*Contra leges quod fit, per leges diſſoluitur.*
9 *Additio gloſſarum, & ſequentibus.*
*In baptizando quæ Mediolani conſuetudo.*
*Præter formam quid facere non eſt peccatum.*
10 *Matrimonium ut ſeparetur in quibuſdam caſibus, poſſet hoc facere conſtitutio canonica.*
*Papa ſi ſtatuit, ut ſtetur diuerſis canonibus ſecundum diuerſas conſuetudines, quis contradicet.*

CA-

CAPVT III.

1 SVper eo. Summatum eſt, ſup. c. 1. & primo ponitur † quæſtio. 2. ibi, Reſpondemus, reſpõſio diſtingens qualitatem filiorum. & ſecundum membrum ibi, Cæterum, quod diſtinguit inter conſuetudinem reſiſtentem, & aſsiſtẽtem. 2. ibi, uerum dicebat Hoſ. filij compatrum, per quos uentum eſt ad compaternitatẽ, coniungi non poſſunt, & ſi cõiuncti ſunt, nulla contraria conſue. obſtante ſeparẽtur. In alijs uerò conſuetudo metropolitanæ, & uicinarum eccleſiarum ab illa ſuffraganea, quæ non habet certam cõſue. ſeruari iubetur, ꝙ ſi eccleſia alicuius prouinciæ aliquam cõſue. habeat alterius ꝓuinciæ conſuetudini contrariam, ſub diſsimulatione ſeruetur. & ſecundum hunc caſum exponebat literam, ut per ſuas gl. infra patebit (*Vtrunque*) ut quia leuaſti filium meum, & ego filiam tuam, de quorũ
2 contractu quare (*Nulla ratione*) etiam prætextu † conſuetudinis, quæ non eſſet rationabilis, nec præſcribi poſſet, ſupra de conſue. c. fi. infra de conſan. ꝙ ſuper his, ſecundum Hoſti. [*ſecundum conſue.*] & in contrahẽdo, & in ſeparando. unde infra ſequitur expoſitiuè [*ita quòd ſi eandem &c.*] ſecundum Hoſtien. [*Metropolitanæ*] ſi in tua eccleſia non ſit certa conſuetudo. alioquin & ſi ſit contraria conſuetudini uicinarum eccleſiarum, ipſam ſub diſsimulatione ſeruabit, infra c. uerum [*Imitari*] hoc uerum quò ad matrimoniũ contrahendum, non quo ad contractum. T. imò & quò ad contractum, ut ſequitur, Hoſti. [*Ita quod*] hic redit ad primum caſum, ſ. quando filia, per quã contracta eſt compaternitas, contrahit. Alij intelligunt hoc de alijs filijs, & exponunt uerbum, ſeparare, ad pœnitentiam peragendam, non quò ad torum, uel imperpetuum. Inno. qui nec plus notauit in hac decre. Hoſt. uerò dicit dicendum, ut in ſuis glo. infra & ſupra [*Inter eos*] ſ. filios compatrum, per quos ad cõpaternitatem non eſt peruentum, ſunt tamen geniti poſt compaternitatem [*Permittas*] ſi nondum eſt contractum. Goffre. [*Conſuetudinem*] quæ tamen ſcandalum generaret, ſi non ſeruaretur, ſupra eo. c. 1. in fi. Hoſtiẽ. [*Separare*] ſi intelligas de his, de quorum neutrum facta eſt compaternitas, dic ad tempus ad pœnitentiam peragendam. & eſt ſi. de ſpon. cum in apoſtolica. §. fi. ſecundum. T. Vin. & Gof. ſecundum Hoſt. [*In perpetuum*] & eſt † caſus ſpecialis, quo cõſue-
3 tudo inducit impedimentum perpetuum non trahendum ad conſequentia, uel ſimilia, ut dicam ſup glo. [*Non omittas*] hic, ſi in eccleſia tua ſit contraria conſuetudo, & huic aduerſatur. §. uerum, quod ſtatim ſequitur. ſecundum Hoſtiẽ. [*Habeatur*] ſpecialiter in eccleſia tua, cum in alijs conuicinis ſit cõſue. contraria. Hoſt. [*talia coniugia*] contracta per perſonas, per quas non eſt ad compaternitatem deuentum. & ſic aduerſatur primo præcedenti dicto, ſecũdum Hoſt. [*Permittantur*] i. ſuſtineantur † & approbentur, & ſic
4 ſeruatur ibi ius commune, ſupra capitulo primo, cũ tamen in aliis uicinis eccleſiis ſeruetur conſuetudo contraria, ſecundum quã talia matrimonia ſeparantur, & ſub non ob. tali conſuetudine uicinarum eccleſiarum illud matrimonium diſsimulare poteris, & debebis, ita, ꝙ non offendas ius commune, & eccleſiæ tuæ conſuetudinem, nec tuum præſtes aſſenſum, ne ſcandalizẽtur inde uicini contrarium obſeruantes: quia ſi ſcandalizaretur frater meus, non mãducabo carnem in æternum, infra de no. oper. nun. cum ex iuncto. §. ſuper eo. ſed † qualiter fiet hæc diſ-
5 ſimulatio, cum non debeant ſine licentia contrahi matrimonia, nec hodie ſine bannis, de clan. deſpon. cum inhibitio, certè ſoluere non eſt leue, ſed poteſt dici, ꝙ ſi impedimentum ueniat coram epiſcopo, dicere poterit, bene uidetis, ꝙ uicini talia matrimonia non ſuſtinent, & quilibet, inquantum poteſt, debet cauere à ſcandalo proximi, tamen apoſtolica auctoritate mihi in hac parte conceſſa, uobiſcum diſpenſo. ite cum deo. & ſic non cõtradiceret, nec uidetur de iure communi conſentire, cum dicat, Diſpenſo auctoritate apoſtolica, nec dicit contra mentem, cũ papa per hanc dec. ſibi det hanc poteſtatem. & hæc eſt mens, cui ſtandum eſt, infra de uerb. ſig. intelligẽ-
6 tia. & quod ſequitur [*Quia ſicut † graue eſt*] i. eſſe debet. [*An. conſue. ſuper his contemnere*] tu. ſ. qui non habes certam conſuetudinem [*Sic quoque grauius*] propter plurium ſcandalum: quia plures ſunt ſubditi uicinarum eccleſiarum, quàm unius tãtum [*Si propter eam*] ſ. ſpecialem conſuetudinem tuæ eccleſiæ [*Huius contuum in conſenſum*] contra conſuetudinem. ſ. uicinarũ eccleſiarum [*Cum poſſet ſic in exemplum*] ſcandalizantiũ uicinorum: quia forte aliqui ex his contraherent ſecundum conſuetudinem propriam, & ſic eſſent in ſcandalum alijs compatriotis ſuis, niſi ſeparentur, & proprij prælati ſuam ſequentes conſue. ipſos ſepararent, & ſic ipſum ſcandalum uerti uidetur aliquibus in peccatum, & obloquerentur de prælatis: quia ipſos uiderent diuerſa tenere, ar. de uit. & hone. cleri. de us qui, de uoto, magnę. §. 1. ſecundum Hoſti. Dixit etiam ipſe Hoſtien. poſſe poni caſum, quod in utriſque ſeruari debeat conſuetudo, ſecundũ quem caſum dixit ſic legendam literam, ut iſte. §. uerum, reſpiciat primum reſponſum, & ſubaudi in fi. ubi dicit, Separare, niſi in tua eccleſia ſit conſuetudo, & huic aduerſabitur illud, uerum. & ubi dicit, Talia cõiugia, dic contracta inter perſonas, per quas deuentum eſt ad compaternitatem, cum in uicinis ius cõmune ſeruetur. & qđ dicit [*diſſimulare*] diſsimulatione comparatiua, de præben. cum iam dudum, ſecundũ quoſdam: imò inducente diſpenſationem auctoritate huius literæ, ut dictum eſt ſup. & quod dicit [*ita quod nec contradicere*] ne. ſ. generes ſcãdalum inter ſubditos [*nec tuum &c.*] ne offendas ius commune, & uicinos, & quod ſequitur, hoc intendit, ꝙ ſicut graue eſt non habenti certam cõſue. contemnere ſuꝑ matrimoniis contrahendis conſue. uicinarũ, ita eſt grauius propter offenſionem iuris communis naturalis, & maioris ſcandali præbere aſſenſum huiuſmodi coniugijs contractis inter tales, per quos deuentum eſt ad compaternitatem, ſed dicit Hoſti. ꝙ primus intellectus magis ſibi placet. fatetur tamen, ꝙ cum iſta conſuetudo in nullo loco reperiatur, hæc lectio potius in ſubtilitate, quàm in utilitate con-
7 ſiſtit. ¶ Gl. † 3. al. concor. ſignat contraria, & ſoluit, & iterum arguit. ¶ Glo. 4. ſoluit quandam obiectionem, cui ſolutioni dat ſimile. ponit demũ opi. quã reprobat. ¶ Antepe. glo. de taciturnitate notat tria.
8 ¶ *In † gl. 2. ibi, non dubium*] quod contra leges fit, per leges diſſoluitur. ¶ *In glo. 3. ibi, l. de quibus*] in caſu, quo non habetur ius ſcriptum, inſpicitur conſuetudo loci in eo caſu, uel ſimili, qua deficiẽte inſpicitur urbis Romæ. ¶ *Glo. antepe. ibi. §. inuitum*] uide in præ. c. nõne, ſuper ulti. glo. ¶ *In glo. ſic. 12. ibi, quis neſciat*) inſti. de ſatiſ. §. ul. [*& ibi, tenetur ſeruire*] ſi tamen ſeruata forma aliquid faceret, non peccaret, ſicut Mediolanenſis quæ prius lauat pedes baptizandorum, ut no. 1. q. 1.
9 emendari [*& in fi.*] Ala. de hoc plenius i. di. conſuetudo, in glo. 2. ¶ *In glo. intelligo, ibi, ſimili modo*] non eſt uerum: quia hæc conſuetudo approbatur hac conſtitutione ſm Hoſti. qui dixit, ſupra c. 1. ꝙ ſola conſue-
10 tudo † approbata per papã inducit impedimẽtum, ne matrimonium contrahatur, & ut contractum ſeparetur in quibuſcunque caſibus, hoc facere poſſet conſti-

conſtitutio canonica,ut hic,& infra de conſan.& af
fi.quod dilectio,de cleri.coniu.cum olim.22.diſtin.
placuit.& miratur,quomodo doctor aliquis ſit tur-
batus de hoc, cum ex quo conſuetudo approbata
eſt per papam,ſit certum, ꝙ uim conſtitutionis ha-
bet,ex quo in iuris corpore eſt redacta,ſupra de ſpõ.
a cum in tua,de clande.deſpon.c.fina.[a] Igitur, ſi papa
vult & ſtatuit, ꝙ ſecundum diuerſas conſuetudines
ſtetur diuerſis canonibus,quis contradicet? ad alios
verò ſimiles caſus non prorogabimus hunc caſum,
cum diſsimiles ſint eo , ꝙ non habent pro ſe conſti-
tutionem expreſſam.& cum Hoſti.concor.Pe.vide,
quod dixi,infra de conſan.& affi.quod ſuper his [*& ibi,quidam tamen*] Pe.His,Lau.T.Vin.Innoc.¶[*In glo.ta-
lis* † *diſſimulatio,ibi,approbationis*] ſed intelligas de illis,ꝑ
quorum alterũ contracta eſt compaternitas, eſt diſ-
b ſimulatio reprobationis,[b] ſecundum Tan.i.compa
ratiua promiſſio ſecundũ Gof. ¶[*In glo.no.ibi,conſentit*]
86.diſtin.tanta, & 1.quæſtio.7.tãto.utrobiq; de hoc,
& plenius, infra de regu.iur.is qui tacet, lib.6.

ANNOTATIONES.

a ¶C.fina.Conſuetudo ergo corpore iuris in clauſa ius eſt, quod facit ad no.per gloſſ.communis , & ſuper illa Ioan.And.in cap. in de conſti.lib.6.

b ¶Reprobationis.de permiſsione diſsimulationis uide], an ualidet ti.& ſuper illa Io. An. in capitulo literis , de ſup.ne. præla.

*SVMMARIVM.*

1 *Compaternitas efficax contrahitur ad matrimonij diremptionẽ inter patrem baptizati,& uxorem leuantis, & quo caſu.*
*Qualiter contrahatur nu.8.inter quos ibid. & nu.6.7.*
2 *Filius ſpiritualis quis efficatur leuantis eum à baptiſmo .*
*Coniunctio in uerbis domini , Quos deus, &c.]quo intelligatur modo .*
3 *Connubium quid hic.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu.5.*
*Per fornicationem an contrahatur cognatio ſpiritualis,& nu.7.*
6 *Inter leuantes eundem de ſacro fonte non coutrahitur .*
7 *Coniuges ſibi communicant actiones non paſſiones , & ratio.*
8 *Cognatio ſpiritualis quomodo contrahatur, & quotuplex ſit,& ſupra num.1.2.6.& 7.*

CAPVT IIII.

1 MArtinus. C.Inter †patrem baptiza-
ti, & uxorẽ leuantis prius
ab eo cognitam contrahitur compater-
nitas efficax ad matrimonium dirimen-
dum.& duo facit,ponit quæſtionẽ.ſecundò ibi,Nos
autem,ipſius ſolutionem.dicebat Hoſtiẽ.an Teber-
ga uxor Lotharij quondam , qui conſumato cum
ea matrimonio filium Martini leuauit in baptiſmo,
cum dicto filio Martini à lege Berthæ ſuæ uxoris ſo-
luto potuerit matrimonialiter contrahere,quęritur
quare tale matrimonium tolerari nõ debet? Reſpõ-
2 detur , & ratio quare non redditur [*Qui* ] Lotharius
[ *Suſcepit* ] & ſic ipſe † factus fuit filius ſpiritualis Te-
bergę,& parentes illius.M.& Ber.facti ſunt ipſius Te
bergæ compatres[*Contraxit*] quæritur,an matrimo-
nium ſtare poſsit [ *Verbum domini*] dicentis . M. 19. &
erunt duo in carne una, quos deus cõiunxit, homo
non ſeparet.33.quæſtio.2.quos deus. Quod ergo di-
xit (*coniunxit*) intelligitur de coniunctione animorũ,
3 & corporum.ad hoc ſupra de biga.debitum. Vocat
autem hic connubium † commixtionem corporũ
nubentium.ideo dictum connubium:quia aliter fa
cta carnis commixtio eſt brutalis, quod dic ut ple-
nè no. in ſumma de matrimonijs.§.1.uer.ꝙ autẽ, in
prin.ſecundum Hoſtiẽ.(*Qui*) Martinus (*Extitiſſe*) ante
4 compaternitatem . ¶Vlti.† gloſſ.ponit uerſus,quos
5 primò exponit.¶[*In* † *ult.glo.ibi,quod dicitur*] ut infra e.
ti.capitulo primo,lib.6.[*& ibi,ſi alter coniugum*] de for
nicarijs no.30.q.4.ſiquis, dixit hic Innocẽ.quoſdam
dicere contra,ut ibi etiam no. Io.ipſe uerò nihil ap-
probat.& uide quod dicam,infra e.capitulo,primo,
6 lib.6.ſuper glo.2.Dicit † autem,ꝙ ſi duo leuent eun-
dem de ſacro fonte,ipſi duo non probibentur con-
trahere,quod credo.& facit quod dicam, infra e.gl.
ſecundum Hoſti.& iſtud dictum Inno.tenet expreſ-
sè ipſe Hoſti.infra eo.ueniens,dicens ibi ſic corrigẽ-
dum,quod no.in ſum.eo.ti.§.quot eius ſpecies,uer.
& eſt ratio, quia licet unus, ſicut ergo duo cõpatres
carnales non prohibentur contrahere , infra qui fi-
ſint le.tanta,ſic & duo ſpirituales . Eſt ergo prohibi-
tio in duobus, qui ſint compatres diuerſæ ſpeciei.ſi.
quod no.infra ti. :.cap.uno , circa fi.glo. [*& ibi,uetabor habere*] dabat Hoſtiẽ.uerſum, Ambos compatres
7 † facit actio, paſsio nunquam,& quę ſit ratio,quare
uir & uxor actiones,& non paſsiones ſibi commu-
nicant,remit.ad ea,quæ no.in ſum.eo.ti.§.quot eius
ſpecies,& de hoc dixi,infra cap.1.lib.6.tractauit etiã
hic id, quod habes expeditum.eo.ti.ca.ult.eo.li.ſ.de
huc durat prohibitio ſecundum Vincen. & Innocẽ.
14 uidetur idem tenere (*& in fine*) & illa † quæ procedit
ex cognatione legali. optabat autem Hoſtien. has
etiam reuocari. habeo, ꝙ in concilio Lugdun. facto
per Grego. X. fuit tractatum de tollendo impedimẽ
to inſticiæ publicæ honeſtatis, & aliqbus uiſum fuit
illud ſimpliciter tollendum. aliis durum uidebatur
illud tolli, ſed ſuadebant dari poteſtatem epiſcopis
in illo diſpenſandi. alii ſuadebant illud reſtringi ad
ſponſam primi, & ſecundi gradus tantum, & in aliis
duobus tolli. & licet deliberatum fuiſſet per præſi-
dentes ſecundum hoc ultimum conſtitutionem fie
15 ri, tamen non fuit obtentum. ¶*In glo. ſic* † *ergo, ibi,*
*requiritur*) & hoc tenet hic Goffr. quòd nouus con-
ſenſus, & noua uerba requirãtur [*& ibi, ex certa ſcien-*
*tia poſſunt*] idem Hoſtien. ex quo etiam ſemel carna-
b li copulæ conſentiunt[b] [*& in fine*] quòd ſi tales ante
concilium coniuncti ſeparẽtur, nũquid poſtea con-
trahere poterunt? Argum. quòd non 35. q. 6. ab iſto.
credo, ꝙ poſſunt. Vincen. & facit, quod dixi, ſupra
de eo, qui dux. in ma. cum haberet, ſuper glo. iura-
mentum. per quod reſpondetur ad contrarium, &
intellige, quòd poſſunt, ideſt quòd contractum te-
net: aliàs contrahere non deberent, ſi prius fuerant
ſcientes propter inceſtum.

---

ANNOTATDIONES.

a ¶Cum quæritur. Et in cle. 1. de renun. & de iure pa. quod autem
& uide in c. mutaret, & c. quod ſemel, de re. iur. lib. 6.
b ¶Conſentiunt. Imò & ſola cohabitatio ſine copula ſufficit, ſecũ
dum quòd no. Inno. in c. 1. de eo, qui duxit in ma. quam pollu.
c. 1. quod an ſit uerum, uide ibi Io. And. in glo. ſi durante, & ui-
de glo. primam; & ſuper illa.

*SVMMARIVM.*

1 *Matrimonialiter copulari poſſunt & quoto gradu diſtantes à ſtipite.*
*Multitudo, & conſuetudo aliud inducunt.*
*Conſuetudo approbata & per quem pro iure ſeruatur & interpretatur, num. 3.*
2 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 3.*

## CAPVT IX.

1 VIr qui. Se ſummat. & ſic cõſtrue
ſecundum Hoſti. Vir † qui
diſtat à ſtipite. 4. gradu, ſup. ex uno late-
re. Et mulier, quæ ex alio latere, repete,
diſtat à ſtipite gradu quinto, poſſunt licitè matrimo
nialiter copulari ſecundum regulam &c. [*Licitè poſ-*
*ſunt*] niſi multitudo, & conſuetudo ſcandalum gene
rans aliud inducat, ut ſupra eo. quod dilectio. §. fin.
cætera, quæ deficiunt, in ſumma. eo. ti. comprehen-
des. Hoſtien. [*Copulari*] ſupra eo. quod dilectio, con-
tra. ſo. ibi, Inno. ¶Vlti. † glo. docet computare gra-
2 dus. ¶*In glo. 1. ibi, uel ſecundo*] ſecus, ſi in primo, ſecun-
dum

dum Hoſti. qui hoc no.ſupra eo.quod dilectio,& c. tua,quod eſt falſum,ut dixi ſuper arbore conſangui
3 nitatis,in fi.¶[In† glo.2.in fi.]& eſt ſi.quod de conſuetudine dicitur, ſupra de cog.ſpi.c.1.§.fi.& ſi.ſupra de decimis.1.§.fi.& ff.de dam. infecto, ſi ædibus.habet autem hoc locum,cum approbatio fit per papam. alterius enim approbatio parum prodeſſet, ut patet in his, quæ no. ſupra eo. de infidelibus. aliàs autem conſuetudo approbata interpretatur, ſupra de conſue. cum dilectus.§.2. Hoſtien.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio tituli.*
2 *De frigidis,maleficiatis & coeundi impotentia alibi, quàm hic iura,& ubi loquuntur.*

## De frigidis, & maleficiatis, & impotentia coeundi, Rubrica.

1 ¶Supra † tractatum eſt de impedimentis matrimoniorum. quia uerò impotentia coeundi habet etiã impedire,ideò de illa ſubmittit,ſm Da.& Gof.dicebat Hoſti. ꝙ uiſo de impedimento propinquitatis, apponit de impedimento impotentiæ naturalis, de qua,infra c.1.& c.laudabilem,& c.fraternitatis,& ac
2 cidentalis,de qua infra c.fi.habetur† materia 33.q.1. per totum.conuenit,ſupra de proba. propoſuiſti.In Brocardo in li.19.no.hic Pe.& Abb. argu.pro generali allegatione.ad idem.1.q.1.ut euidenter,ſupra de præb.c.2.in ſuperſcrip.70.diſt.neminem.de hoc,ſupra de cohabi.cleri.& mulierum,ueſtra, in princ. & adde quod dicam, infra ſuper glo. pe.

*SVMMARIVM.*

1 *Diuiſio & intellectus huius conſtitutionis ſecundum Innocen. & Hoſtien.*
*Ex frigitate uiri quando ex prouocatione,& quando ex prouocatione mulieris matrimonium ſeparetur: uel ſecus, & num. 2. 3.4.5.6.7.8.9.10.11.12. 17. & 19.*
*De ea ut cognoſcatur,& nu.2.3.5.8.9. 10. 11.17.*
2 *Pubertas plena mari, & fœminæ quando.*
*Cap. laudabilem infra eo. & huius, ſunt diuerſi caſus, & 10. in fin.& 19.*
*Temporis breuitas, uel longitudo nil facit, ubi eadem ratio utrobique,ut hic,& nu.6.7.excipitur tamen nu.7.12. & 18. an ſit continuum,nu.19.*
3 *Matrimonij onera,multa alia de matrimonio,nu.4.& 16.*
*Caſtratus prohibetur contrahere carnale matrimonium, non ſpirituale.*
*Nec poteſt adoptare.*
4 *Pro matrimonio ſtanti credendum, ſed non ſemper, num. 9.aliàs Mulieres ſolent carnis colaphizari ſtimulis, & non præſumuntur uelle ſtare cum trunco, & nu.7.*
6 *Ex impotentia coeundi ſi matrimonium ſeparetur, fit potius declaratio non fuiſſe,quod uiro ex multis cauſis accidit,nu.10. ſupra nu.1.3.5.12.& 16.à muliere unde procedat, num.12. ob eam contrahendi licentia utrique non datur, num. 13.*
8 *Emphyteuta poſt biennium pōt ſibi conſulere intra duos menſes.*
*Per aſpectum corporis mulieris, & quando uiri fit probatio impotentiæ,& nu. 9.& 10.& 5.nu.7. 12.quando non recipitur hæc probatio,ibid.& nu.17.*
9 *Probationes ſuperabundantes faciendæ,cum cauſa periculoſa eſt.*
10 *Hoſtienſis commentaria conſcripſit poſt editionem ſummæ.*
*Sententia incontinenti ſine alia ſolennitate, uel dilatione poteſt ferri in re certa.*
11 *Propinquorum & uicinorum iuramenta quando admittantur in caſu huius conſtitutio.*
*Poſſunt ea reprobari, & quomodo.*
*Fama hic nil operatur.*
13 *Nubere in domino qui dicantur.*
14 *Epilogus, ſuffragium,& additio gloſſarum,nu.15.& 16.*
*Matrimonij ſententia non tranſit in rem iudicatam,& poteſt reparari.ſi facta ſit ſeparatio, ſi contra poſtea conſtet.*
17 *De eo uicarius epiſcopi poteſt cognoſcere ſine ſpeciali mandato.*
*Virgo poteſt eſſe mulier,& ſi cohabitauit cum uiro,& quando. ſe uirginem ut probet,uide nu.8. & alios ibi citatos.*
18 *Potens quilibet præſumitur.*
19 *Autenticam eſſe hanc conſtitutionem, licet neſciatur auctor. quando habeat locum.*

### CAPVT I.

1 Accepiſti. Diuiſionem† huius decre.& ipſius intellectum per partes Inno.poſuit & confuſè,cuius gloſſam Ho.conatus eſt ſummare,dicẽs eum ſcripſiſſe, ꝙ prima pars huius capituli intelligitur,quando ambo cõfitẽtur impotentiam uiri.tunc enim,ſi per unum menſem dederint operã copulæ cõiugali,& ſi mulier corrupta reperiatur, & ſi alia adminicula deficiãt,neceſſe eſt, ꝙ probetur impotentia.7.manu propinquorũ. nec ſufficit,ꝙ per paucos dies ſimul fuerint.imò requiritur, ꝙ per menſem ad minus. Si uerò mulier ſine reclamatione per annum ſteterit cum uiro, quæcunque ſigna frigiditatis prætendat,poſtea non auditur demum correxit ſe Inno.dicens,ꝙ etiam poſt annũ auditur,ſi certa ſigna frigiditatis oſtendat cum iuramentis propinquorum.ſecunda pars loquitur,quãdo mulier aſſerit uirum frigidũ,& uir negat, in quo caſu ſi per 6.menſes cum uiro ſine reclamatione ſteterit,poſtea non auditur.nec proſunt inditia frigiditatis viri,vel virginitatis ſuę:quia pōt eſſe,ꝙ propter modicum membrum uiri mulier adhuc uidetur integra,uel timendum eſt,ne alter oculus decipiatur. In tertia uerò dicitur, ꝙ ſi intra 6. menſes reclamauerit mulier,quantumcunque uir neget,mulier auditur.& ſi probet per iuramẽtum frigitatem uiri, & etiam per alia indicia,vel per aſpectum corporis,ſeparabitur, nec ſpectabitur triennium. & hoc ideò, quia cito reclamauit. & iunxit Inno.ꝙ idem poteſt dici in ſecundo caſu per decre.laudabilem.& hoc,ſicut dicit,magis congruit literæ. Hoſtiẽ. tamen dicit hunc eſſe c.intellectum.ſi marito prouocante ad diuortium, & ſe impotentem aſſerente, mulier hæc idem fatetur,ſeruata ſolẽnitate canonica matrimonium indiſtinctè dirimitur: ſed ſi decipiatur eccleſia,primum matrimoniũ reparatur. Si verò muliere agente uir aſſerat ſe potentem, & uxorem carnaliter cognouiſſe,niſi per aſpectum corporis,vel alio modo certo & indubitato conuincatur,mulier petens diuortium non auditur. Si autem muliere agẽte vir hoc idẽ,quod mulier aſſerit,confiteť,uel aliàs euidenter conuincitur,matrimonium ſeparatur, & mulieri contrahendi licentia datur.quod autem di
2 cit [*Accepiſti*] dicebat † Hoſtien. tu maior. 18.annis [*Mulierem*] dicebat maiorem 14. & ſic uterque gaudebat pleniſſima pubertate.ff.de ali.& ciba.le.l. Mela.ff.de adop.l.arrogato.§.non tantum,& inſtitu.de adopti. §.minorem [*Per menſem*] idem, ſi per unum diem.Idem,ſi per 100.annos.Inno.imò uidetur ſpectandum triennium,infra c.laudabilem, quæ eſt cõtra. So. illa loquitur de maleficiatis, uel de habentibus ſemiplenam pubertatem, hæc de habentibus plenam,ut ſupra no.in quo caſu dicimus tempus ar
3 bitrarium. Hoſtien.[*Dixiſti*] uir, licet † frigidus, prouocat ad diuortium, ut fruſtra non ſuſtineat onera matrimonii,quæ ſunt multa,ſecundum Pe.& Abb. & facit

& facit quod no.33.q.1.c.2.[*Ita*]i.adeò, uel in tãtum
[*Non potuiſſes*] quia nec moueris ad coitum, nec ſti-
mulos carnis ſentis, nec per medicum iuuari potes;
& ſi es caſtratus id eſt caſte natus, qui nec adoptare,
poteſt,cum nec generare naturaliter poſſit, inſti. de
adop.§.ſed illud.hic enim prohibetur cõtrahere ma
trimonium carnale, cum tali matrimonio ineptus
& inutilis ſit,infra eo. ꝙ ſedem: ſed ad ſpirituale ad-
mittitur,ſupra de cor.uitia.ex parte.53.di.eunuchus
4 Hoſti.[*Affirmas*] quid † ergo ſi contradicat:ſtandum
eſt ei,ex quo pro matrimonio ſtat, arg .de clan.de-
a ſpon.[a] c.1.& eſt triplex ratio,prima fauor matrimo-
nii, argu.de ſen. & re iu.c. fi.ſecunda,quia cum tales
cõſueuerint colaphizari ſtimulis carnis, ſupra de eo
qui cog.conſan. Iordanæ,non eſt prima facie veriſi-
mile,ꝙ vellet ſtare cum trunco,qui non poſſet ei de
bitum reddere. ad hoc,infra §.prox.in fi.tertia,quia
cum rea ſit, & ſi nihil præſtiterit, abſoluenda eſt, ut
ec.bene.c.uno.quod eſt uerum, niſi & uir ipſam de
mendatio redarguere poſſit per aſpectum, ſicut no.
in caſu conuerſo, infra c. proxi. [*Per uerum*] aliàs re-
ctum, infra eo.c.in fi.aliàs iuſtum,ut infra eo.lauda-
5 bilem.iſtud†autẽ eſt verum,iuſtum,vel rectum iudi
cium,morabuntur ſimul ad præceptũ iudicis in ca-
ſu iſto,ex quo pubertatem plenam habent, arbitra-
riè, & iurabũt,ꝙ totis uiribus,& ingeniis opẽ,& ope
ram dabunt ad matrimonium conſumandum, uir
perficiendo,mulier patiendo, non ſe ſubtrahendo,
ſed amplexando,& modis omnibus alliciendo,con
feſſione facta de omnibus peccatis ſuis,infra eo.c.fi.
& ſi adueniente termino reuertũtur dicentes, quod
hæc omnia ſeruauerunt, nec una caro effici potue-
runt, iurabit maritus ſe naturaliter frigidum,& mã-
datũ epiſcopi toto poſſe adimpleuiſſe, & nec mo-
tum carnalem ſentire potuit, & mulier idem, & iu-
rabunt ambo, ꝙ non potuerunt effici una caro, &
adducet uterque.7.parentes, uel ſi deſint.7.uicinos,
bonæ famæ, qui iurabunt ſe credere ipſos uerum iu
raſſe;& ſic matrimonium dirimetur, ut hic, & infra
eo.laudabilẽ.§.1.& §.ſi autem,& 33.q.1.c.1.& 2.Ho-
ſti.[*Poteſtis*]& etiam poteſtis ſimul remanere, ſi vul-
6 tis, infra eo.laudabilem.§.ꝙ ſi ambo. Si † tamen ma
trimonium ſeparetur,potius hoc caſu declarabitur,
non fuiſſe,in auct.de nup.§.ſi uero,col.4. Hoſti. [*Ea
tamen ratione*]i.ea cauſa,quæ allegata eſt, & è conuer-
ſo probata[*ut ſi tu &c.*]uel ea ratione ꝙ tu cum nulla
contrahas,cum inhabilis ſis,ſi uerũ iuraſti, infra ca.
ꝙ ſedem.uerũ,ſi tu aliam acceperis,ſub.& cognoue
ris, & ſic apparet eccleſiam fuiſſe deceptã, infra eo.
fraternitatis,reus periurii,&c.an uerò mulier ſit cen
ſenda periura,no.infra eo.laudabilem, ad fin.Hoſti.
[*Illa*]corrupta, Hoſti. [*Prior*] ꝗ̃ tu; & ſic conuertitur
caſus.Hoſti.[*Dimidium*]maximè. nam idem,ſi poſt.8.
dies ſcḋm Hoſti.ut infra patebit[*Tu autem*]ex cuius par
te nullus defectus inuenitur, licet diligẽter fueris in
7 ſpectus.Hoſti.[*Mulieris*]corruptæ.ſed & † contra mu
b lierẽ eſt præſumptio ex curſu temporis, [b] quòd hoc
dicat malitioſè. ff.de pœnis, ſi quis forte. 1. reſpon.
in fi.C.de his,qui à non do.ma.l.fi. & ad hoc conti-
nuatur: Quia ſi proclamare &c. Hoſti.[*Tamdiu*]ma
ximè: quia ſi uirgo eſſet poſt multos annos audire-
tur proclamatio,ſiue ſit defectus ex parte mulieris,
infra eo.fraternitatis,ſiue ex parte uiri, infra eo.c. fi.
Item & ſi intra.8.dies ueniat, non audiretur marito
affirmante contrarium, ex quo corrupta eſt, ut etiã
no.ſupra eo.ſuper uer. poſt annum, & infra §. ſe.ni-
ſi & uir per aſpectum ſui corporis conuincatur, ut
patet in his, quæ, infra not. & ſic non debet ſignari
pro contrario.C.de diuor.in cauſis: quia in alio ca-
ſu loquitur,ut infra eo. laudabilẽ [*Aut duos*]aut plu-
res:quia non eſt uis in tempore,ut no.ſuprà §. prox.
8 Hoſtien.& no.Ab.ex hac litera † emphyteutam,qui
per biennium canonẽ non ſoluit, poſtea intra duos
menſes ſibi poſſe conſulere [*Proclamauerit*] mulier
ſcilicet quæ uirgo euaſit, & ſic diuerſificaẗ à proxi-
mo.§.ſuperiori,qui loquitur in corrupta: uel dic,ut
infra, alii dicunt illud corrigi per iſtud,quod nõ cre
do.Hoſtien.[*ſi probari*]ſub.& uir idem confitetur, &
ſic poteſt etiam diuerſificari à proximo.§.Si proba-
ri[*per rectum iudicium &c.*] quod expone,ut ſupra ſup.
uer.per uerum iudicium. uel dic, ꝙ quamuis mari-
tus neget, non obſtabit ſua contradictio, ſi probari
id eſt improbari poteſt &c.puta per corporis mulie-
ris aſpectum; quod dic,ut not. de deſpon. impuber.
continebatur, & etiam per rectum iudiciũ, de quo
ſequitur.Nam ſecundum Innocẽ. ad probationem
9 † frigiditatis tria ſunt argumenta inuenta. primum
aſpectus corporis. ſecundum iuramentum ſeptimæ
manus propinquorum.tertium expectatio triennii
ſed diſcretus iudex prouidebit, ꝙ potius ſuperabun
dent probationes, quàm deficiant, cum hæc cauſa
periculoſa ſit. unde, ſi uidetur ei, ꝙ unum, uel duo
argumenta non ſufficiant,faciat præſtari tertium.&
hoc dictum Inno.placet Hoſtien. ſaluo ſpacio tem-
poris,ſecundum ea,quæ no.ſupra in princ. poſſet ẽt
10 †dictum uiri improbari per aſpectũ corporis ipſius
uiri, puta quia ſectus eſt, uel membrum habet ad
modum uerrucæ, quam porrum uocamus,nec eſt
hermaphroditus.aliàs caue: quia tales conſueuerũt
membrum retrahere.& longum emittere ad modũ
animalis. & ſic dicit Hoſti. fuiſſe Diæ, uel in ciuita-
te Dienſi, ut dicit ſe ſciuiſſe poſt compoſitam ſum-
mam,de hoc.ff.de libe.& poſthu.ſed eſt quæſitum,
§.fin.ff.de ſta.homi.l. Quiritum. uel habet uir teſtes
ad modum cicerum. hoc dicit corã ſe accidiſſe de
facto, ut no.in ſumma,eo.ti.§.fi.uer.quid ſi mulier.
hic enim incontinenti ſine alia ſolennitate,uel dila-
tione poteſt ferri ſententia: quia in incertis &c.ff.de
uer.ob.continuus,& ſupra de ele.cum inter uniuer-
ſas.& hoc eſt,quod no.litera,infra c.laudabilem.§.1
ibi, Si frigiditas prius probari non poſſit.quam lite-
ram dicit Hoſti.communiter à magiſtris male intel
11 lectam. Dicit †autem quoſdam dixiſſe, ꝙ quando
ambo coniuges impotentiam confitentur,requirũ
tur iuramenta propinquorum,niſi & fama aſſertio
nem ipſorum coniugum adiuuet,ar.35.q. 6. ſi duo.
ſed dic,ꝙ ubi de frigiditate quæritur, parum aut ni
hil operatur fama,ut hic.ſecus,quando quæritur de
conſanguinitate: quia tũc multum operatur,ut ibi,
& no.ſupra de præſump.tertio.ſed quid ſi mulier ex
cluſo corporis aſpectu,cum 7. manu. propinquorũ
probauerit uirum impotentem, & uir cum alia.7.
manu uelit probare ſe potẽtem, nunquid eſt admit
tendus? Dic quòd ſic ſecundum Innoc. argumen.
ſupra de ſponſa. cum in tua.& quod hic dicitur,ha-
bet locum, quando uir tantum & ſimpliciter dicit,
quod eam cognouit. mulier uerò iurat cõtrarium,
cum 7.manu propinquorum aliqua præſumptione
12 ariditatis uel alia præcedente.poteſt†etiam dici ſecũ
dum eum, quòd ubi uir aſſerit ſe mulierem cogno
uiſſe,& mulier,quę per duos menſes tacuit, nec fuit
proteſtata de impotentia, poſtea contradicit, non
eſt mulier audienda,etiam ſi per aſpectum uelit pro
bare ſe uirginem: quia ſæpe fallitur &c. 27. q.1. nec
aliqua,nec auditur,ſi uelit probare illum maleficia-
tum,propter rationes dictas ſecundum eum in glo.
1.quod Hoſtien. non placet ſed ſi mulier uelit pro-
bare maritum impotẽtem per aſpectum ipſius ma-
riti, uel uir mulierem arctam per aſpectum mulie-
ris, bene eſt probatio admittenda, cum hæc promp-

ptè & de facili cognoſcantur ſecundum Inno.quod
bene placet Hoſt.ut patet in ſupra notatis[ *Et illa* ]ſci-
13 licet mulier,quæ ſic improbauit uirum [ *Nubat*† *in do*
*mino* ]i.ſecundum canones,ut patet in his, quæ no.ſu
pra ti.1. de infidelibus. in caſu uerò conuerſo dabi-
tur uiro licentia contrahendi,& mulier continebit
14 infra eo. fraternitatis.Hoſti. ¶Gl.2.†notat conuinci
mendacium.alle.tria iura. ¶Glo.3.notat,quòd ſen-
tentia &c.ponit diſtinctionem circa ftaudem mulie
ris, quam non approbat.in fi. ſignat contrarium, &
ſoluit.¶Pe.gl.ſignat contrarium,& ſoluit,& arguit.
15 ¶[*In*†*glo.3.ibi,§.iudex*]uide,ſupra ti.2.diſcretionem,ſu
per glo.1.[*& ibi.§.ulti.*]uide de adul.c.fi. ſuper glo.1.
¶[*In glo.pe.ibi,l.ult.*]uide de accu.ad petitionem,ſuper
16 1.glo.¶In †fi.2.glo.& C.de adul.ſi qui adulterii.¶[*In*
*glo.no.quòd,ibi,adulterij*]niſi dicas, ꝙ uterque contraxe
rat,Phi.[*& ibi,ſed non credo*]noli eſſe incredulus,ſed fi-
delis & dic,ut infra eo.fraternitatis.§.nos tamen.Ho
ſti. ſatis placet dictum glo. ubi per auctoritatem ec-
cleſiæ facta fuerat ſeparatio, & contraxit ille,ex cu-
ius parte non erat impedimentum. ſi uerò alter, ut
hic dicitur,contrahat,ſcilicet qui dicebatur frigidus
adhuc,dico, ꝙ bene dicit gl.ſcilicet, ꝙ reparabiť ma
trimonium,ſcilicet quò ad uiuculum.i.pronuncia-
bitur quò ad id uerum matrimonium. de toro poſ-
ſet fieri ſeparatio, offenſo id petente[*& in fi.* ]ſecun-
dum.T.Alii dicunt,& melius,quod illi. c.derogatũ.
17 eſt,Inno.¶[*In glo.ſic,ſupra in fi.*]& arguet† ſecundũ Vin-
cen.uicarium epiſcopi abſque ſpeciali mandato poſ
ſe de matrimoniali cauſa cognoſcere. ¶[*In glo.ſupra de*
*in fi.*]aliqui dicunt,ꝙ in hoc caſu,etiam ſi mulier per
aſpectum corporis uelit probare ſe virginem, nõ au
ditur, cum poſsit,& conſenſiſſe uideatur eum habe
re ut fratrem.& ſi non poſsit eum habere ut maritũ,
infra eo.conſultationi, & quia ſi propter frigiditatẽ
uiri ſeparentur,daretur mulieri licentia nubẽdi alii,
ſed poteſt eſſe,ꝙ mulier eſt uirgo,nõ quia uir ſit im-
potens,ſed quia ſibi coniungi non vult;& tunc non
eſt ſibi danda licentia nubendi alteri, ſed uir cogen-
dus eſt ad eam accedere. Si uerò ambo cofiterenť,
tunc licitè ſeparari poſſent cum ſolennitate dicta,ſu
18 pra in prin.Ratio † uerò,quare textus dicit, creden-
dum uiro eſt:quia per lapſum temporis pręſumitur
contra eam,ſupra de ſpon.ad id quod, & quia quili-
bet præſumitur potens.l.di. quia.& quia ſtat pro ma
trimonio,quod eſt fauorabile.32.q.1.dixit Innocen.
¶[*In glo ergo uidetur,ibi, & dimidio*] ſecundum Ala. qui
19 etiam dixit† una cum Lau. iſtud.c. non tenere, quò
ad hoc,maximè cum neſciamus auctorem,idẽ Vin-
cen.alle.ff.ad l.Cor.de fal.l.ulti. Goff.dixit,& Hoſtiẽ.
Pe.& Abb.ꝙ putat iſtam auctenticam,no ob.ꝙ ne-
ſciamus auctorem, propter utilitatem, quam conti
net, & quia iamdiu approbata eſt 17.di. propter ec-
cle. & hodie non diſputetur de hoc, ex quo inſertũ
eſt in hac papali comp.& habet hoc locum ſm Gof.
quando intra trienniũ liquet, uel liquere poteſt fri-
giditas.decr.laudabilem.quando prius liquere non
poteſt.quidam dixerunt, ꝙ intra hoc tempus debet
proteſtari, vt poſt illud agere poſsit. alii, iſtud tem-
puscontinuum ,illud utile[*& ibi, eſt argumen.*] ſecun-
dum Rodo.

ANNOTATDIONES.

a ¶De clan.deſpon. Ibi uide in glo.& ſuper illa,& de deſpon.im-
pu.continebatur,in glo.2.& ſuper illa.
b ¶Temporis. quia ex tanto tempore præſumitur cognita,ad hoc
quod no.ſupra in glo.quid ergo,& infra ſuper glo. ſupra de de-
ſpon.per Ioan.Andr.

*SVMMARIVM.*

1 *Negatio pro præſumptione.*
*Impotens præſumitur quis ante nubiles annos.id tamen per con-*
*trarium factum eliditur.*
*Puer pro infante.*
2 *Impotentiæ duplex,temporalis, & perpetua, & quæ ſit utraque*
*alia diſtinctio, in fin.*
*De ea quando conſtet.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
*Spado an contrahere poſſit matrimonium.*
*Matrimonium cur contrahatur.*
*Lex ſi ſerua §.ſi ſpadoni ut intelligenda.*

## CAPVT II.

1 QVòd ſedem. Breue eſt [ *Non*
†*poteſt*]i. præſu-
mitur non poſſe. & eſt hic ar. expreſſum
ꝙ ante annos nubiles completos nõ po-
teſt qs,niſi potens probeť,matrimonialiter conſen-
tire,ſed prima facie præſumitur impotens.quod dic
ut ſupra de deſpon.impube.puberes.hęc tamen prę
ſumptio plerunq; per ↄ̃rium factũ eliditur,vt ibi no.
uel exponas hic[*puer*]i.infans,ꝗ nullomodo cogno
ſcere põt, infra de delic.pue.ca.1.ſm Hoſt.[*Sic*]imò
2 multo magis:ꝗa tẽporalis† impotentia naturæ ad tẽ
pus tm̃ impedit,ut ſupra de ſpon. tuæ, & de deſpon.
impu.de illis.1.& 2.ſed perpetua,de qua ſequiť,in ꝑ-
petuum,ut s̃.c.1.Hoſti. [*Impotentes*] ſup.maiores etiã
30.annis,ex quo de impotentia euidẽter conſtat: ꝗa
in prima nocte ſciri poteſt quò ad naturã ,ex quo tã
magnus eſt;quod dic,ut no.ſupra de deſpon. impu.
puberes.alii uolunt ſic intelligere hanc literam, ꝙ ſi
cut minor.14.non eſt aptus ad contrahendum, niſi
ſit potens, ſic nec maior 14.quaſi per opus, non per
numerum annorũ probetur pubertas. & ſm hunc
intellectum dixit Hoſti.infinita iura corrigi,& ſtatũ
eccleſiæ debitum , & antiquum ſubuerti contra iu-
ra.C.de inoffi.dotibus.l.una,& ſupra de ſup.ne.præ-
la.c.2.§.pe.(*Apti*) dixit Vin. ſunt impotentes ad coi-
tum aliqui animo,& corpore: aliqui altero tantum
3 quod uide no.per Io.33.q.1.in ſum. ¶Glo.2.† obii-
cit,& ſoluit.¶[*In glo.2.ibi,ſancimus* 2.)etiam maior. 60.
4 uir,vel fœmina licite contrahit.¶[*In glo.2.ibi,ſecus eſt*)
de ſpadone an contrahere poſsit,no. 32.q. 7. hi qui.
& hic no.antiq,& dixerunt Ala.& Vin.ꝙ carẽs utro
que teſticulo non ↄ̃hit:ꝗa cum oẽ matrimoniũ cõ-
a trahatur [a] aut cauſa prolis, aut cauſa uitandæ forni-
cationis,& in ſecto huiuſmodi utraq; cã deficiat,er-
go cũ eo non eſt mr̃imoniũ. & ſm eos lex.ff.de iur.
do.ſi ſerua.§.ſi ſpadoni,intelligiť de illo,ꝗ caret alte
ro tm̃ teſticulo(*& in fi.*)T.idem Goffr.& Vin.& Phi.

ANNOTATIONES.

a ¶Contrahatur.Glo.aliter loquitur in c.hi qui,præalle. & de ca-
ſtrato uide ſupra c.proxi.per Io.And.in glo.quia nec moueris.

*SVMMARIVM.*

1 *Propter arctum membrum mulier ſeparatur à uiro, niſi poſſit*
*pro medicos adiuuari.*
2 *Potens ad copulam qui dicatur.*
*Proximus eiuſdem iuris eſt,cuius eſt & qui peruenit.*
*Ita, ideſt intantum.*
3 *Propter impotentiam mulier redhibetur, & uir.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum,nu.5.*
*Arcta mulier ſana non eſt.*
6 *Additio gloſſarum.*
*Mulier incurrit morbum ob debitum non redditum.*
*Propoſitum non ſufficit quò ad eccleſiam, & quo caſu hic,in fi.*

CA-

## CAPVT III.

1 EX literis. Dicebat† Hoſtien. adole
ſcens. 16. annorum natu
raliter arctam duxit uxorē, ſi puella iuua
ri non poteſt, celebratur diuortium, & iu
dex dat uiro licentiam cum alia contrahendi. dice-
bat Abb. propter arctum membrum mulier ſepara-
tur à uiro, niſi poſsit ꝑ medicos adiuuari. & ſunt duę
2 partes. 2. ibi, Reſpondemus (16. *annorum*) & ſic erat† ꝑ
pe plenam pubertatem, & ſic præſumitur naturali-
ter potens, ſecundum ea, quæ no. ſupra eo. c. 1. Hoſt.
(13. *annorum*) & ſic quò ad ætatem non uidetur hæc
puella pati defectum, cum & tempus cōſueuerit an-
ticipari, ſup. de deſpon. impu. à nobis. Hoſt. [*Vxorem*]
ex hoc patet, ꝙ contraxerunt per uerba de præſenti.
T. [*Qui*] ſcilicet uir [*Reddere*) ſub. uellet, non potuit. In
terrogatus autem, quare nō poſſet, reſpondit, Quia
mulier &c. ſic legit Hoſt. [*Ita*] ideſt intantū [*Vir*] iſte,
3 nec alius. & dixit Hoſt. ꝙ† hæc magiſtraliter potuit
appellari naturalis impotētia fœminina, quæ & mu
lierē facit redhiberi, ff. de redi. actio. quæritur, §. mu-
lierem. In homine uerò poteſt dici maſculina, ſupra
c. 1. [*Tribuas*] de mero iure: quia inter eos nō fuit ma
4 trimonium. T. ¶ Glo. 1. † ſoluit obiectionem, de c. di-
5 xit &c. ¶ Vlti. ſignat contrarium. ¶ [*In† glo. ult. ibi, §. mu-
lierem*] mulierem ita arctam, ut mulier fieri non poſ
6 ſit, ſanam non uideri conſtat. ¶ [*In† glo. 1. ibi, apparuit*]
idem Vincen. Phi. Gof. Inn. & Abb. [*& ibi, reddita fuit*]
forte poſt ſponſalia mulier uirum appetens impatiē
ter tulit uiri carentiam. unde morbum incurrit, un-
de facta fuit inhabilis ad matrimonium, & ſic nō te-
nuit ſꝫm Ala. & Vinc. ſed hoc dictum poſſet eſſe ue-
a rum in ſponſalibus de futuro[a]. ¶ [*In glo. ult. ibi, propoſi-
tum*] non ſufficit quò ad eccleſiam propoſitum, & fa
cit quod not. ſupra titu. proxi. de infidelibus, in fine,
ulti. glo. [*& in fi.*] dic ut ibi.

---

ANNOTATIONES.

a ¶ De futuro. Quia ſecus, ſi de præſenti: quia impoſsibilitas ſuper
ueniens illa non ſoluit. uide glo. quæ uidetur uelle, quòd ſit ne-
ceſſe illud eſſe etiam conſumatum, inf. in capitu. fraternitatis,
in glo. argum. quòd.

*SVMMARIVM.*

1 *Cum impotente reddere debitum mulier ſi contrahitur matrimo-
nium quando tenat, num. 2.*
*Impotentia mulieris quibus proficiſcatur cauſis, ibid.*
3 *Matrimonium qua ratione contrahendum.*
*Eo nihil utilius hominibus.*
*Conceſſum etiam continere nequeuntibus, & uolentibus contine
re, num. 4.*
*Quid ſi ut uiuatur inhoneſtè, contrahatur, nu. 4. in fi.*
4 *Coniuges caſtè uiuere, & continere poſſunt in domo propria.*
*Cum impotenti potens ſi contraxit, & poſtea cum alia contra-
hat, & cognoſcat, utrum matrimonium teneat.*
*Cum ea qui ſcienter contraxit, cogitur eam tenere, & alere.*
*Hæc decretalis, quando habeat locum, in fi. & num. 6.*

## CAPVT IIII.

1 COnſultationi. Dicebat† Hoſtiē.
quod quæritur,
an mulier clauſa, & omnino impotens
poſsit contrahere? Dicitur, ꝙ ſi quis cum
tali ſcienter contrahat, & ſi matrimoniū nō teneat,
poteſt tamen eam ut ſororem tenere. dicebat Abb.
clauſam mulierem, uel arctam poteſt quis ut ſoro-
rem habere, & ſi non ut uxorem [*Impotens*] non di-
2 ſtinguit. & ideò† qualitercunque impotens ſit, matri
monium nullum erit, ſupra eod. quod ſedem, licet
Goff. hic notet hoc eſſe intelligendum de ſola arcta-
tione. quid enim ſi ita ſit lata, ꝙ nullo modo poſſit
cognoſci, ut de facto fuit coram me. Item quid ſi ex
aliqua latēti infirmitate omnino reddatur incogno
ſcibilis, ſicut accidit in Pedemonte Taurin. diœce-
ſis, de quadam pulcherrima domina nomine Cara-
coſa, quæ intendens placere uiro inſtrumētum ſuū,
ita medicinauit, ꝙ nec uir, nec alius poſtea potuit il-
lam cognoſcere. & quidem quamuis à uiro non po
tuerit ſeparari, ſecundum ea, quæ no. ſupra c. proxi.
non tamen potuit de nouo contrahere, cum omni-
no impotens facta eſſet. unde non curo, qualiter ſit
impotens, ſiue propter arctationem, ſiue propter a-
liam cauſam: quia ſi poſtea contrahat, non tenet ma
trimonium, ex quo non poteſt adiuuari, ut ſupra c.
proxi. & infra eo. fraternitatis. Hoſt. [*Poſsent*] cū ſcien-
tibus conditionem ipſarum, & tunc bene conuenit
reſponſio, ſecundum Pet. & Hoſtiē. [*Incredibile*] ideò
3 debet† quis contrahere, ut uxorē cognoſcat, & filios
ſuſcipiat, niſi deus illis aliter reuelet, ut not. ſupra de
ſpon. commiſſum. tales enim uocantur pii patres, ff.
de uer. ſig. liberorum, ff. ſo. ma. l. 1. unde dicit lex, ꝙ ni
hil eſt hominibus utilius nuptiis tanquam ſolos ho
mines facere ualentibus, in auctem. de reſt. & ea, quæ
pa. in 11. men. §. hæc nos meritò commouerunt, col-
la. 4. nequeuntibus etiam continere conceſſam a do
mino licentiam non poſſumus denegare. 28. diſtin.
4 de his, Hoſtien. [*Vt ſorores*] q. d. † caſtè uiuant, ut hic, &
infra eo. laudabilem, uer. ꝙ ſi ambo. nam & ſi eſſent
ueri coniuges poſſent, ſi uellent in domo ꝓpria cō-
tinere. 33. q. 5. quod de. Quid ergo, ſi ambo, uel alter
ſic uiuant inhoneſtè, uolentes ſic ſuam luxuriā pal-
liare? Occurrat epiſcopus, ſupra de offi. or. c. 1. & c. li-
5 cet. quid ſi† maritus, qui potens eſt, cum alia contra-
hat, & illam cognoſcat, ſi primā cognouerat, tenet
primum matrimonium: aliàs, ſꝫm, ſup. de ſpon. ſi in-
ter, & c. is qui fidem. Nam & ſi quis ligatus impube-
ri contrahere non debeat, ualet tamen ſi contrahat,
ut no. ſupra de deſpon. impu. de illis, prim. quamuis
tamen ſꝫm matrimonium teneat in hoc caſu. Ille ta-
men, qui ſcienter cum tali cōtraxerat, cogitur arctā
a tenere, & alere, ſꝫm Inn.[a] & Hoſt. qui dicit aliquos di-
cere hanc decre. non tenere: alios, quod hoc eſt con
ſilium. ipſe Hoſt. dicit, quod eſt permiſſiuum, quam
diu caſtè uiuunt, quod in ſenibus & impotentibus,
qui nullo modo iuuari poſſunt, poſſet locum habe-
re. de hoc, infra c. proxi. uer. ꝙ ſi ambo, & remittit ad
ea, quæ de hac materia notauit in ſumma, eo. tit. §.
6 quæ impotentia, uer. hæc autem omnia. ¶ Gl. † 2. re-
ſpondet per quæſtio. an ſit conſilium, uel præceptū.
¶ [*In glo. 2. ibi, conſilium eſt*] ſecundum Lau. qui exponit
[*iudicare*] ideſt tenere.

---

ANNOTATIONES.

a ¶ Secundum Inno. Et hoc operatur ſcientia impedimenti ipſius
uiri, quando contrahit cum arcta, aliàs non tenetur illam alere.
ut hic per Inn. qui apertius loquitur, quam hic exprimat Io. An.

*SVMMARIVM.*

1 *Ex impotentia coeundi quando ſeparetur matrimonium, & quo
modo, & quo caſu reparetur ſeparatum, num. 3. 5. & 8.*
*Quibus probetur modis, nu. 2. 3. 5. & 8.*
2 *Frigidus quis dicatur, & probetur, num. 5. & 8.*
*Pubertas qnando ſemiplena.*
*Supplementa ad contextum huius decretalis multa, ut hic, & nu
me. ſequentibus.*
*Tempus expectatur, & quantum hic, & num. 3. eſt arbitrarium,
ibid. num. 7. & 8.*
3 *Decretalis hæc quando locum habeat, uer. hæc eſt, nu. 5.*
4 *Septimæ manus numerus non duplicatur.*

*Vicini*

*Vicini admittuntur deficiente parentela.*
*In defectum requiſitorum alij ſuccedunt, & qui hic.*
5 *Iuramentum coniugis petentis ex impotentia ſeparari matrimonium, & quorum aliorum confirmantium, & quando admittatur, & ſupra nu. 1. & 4. & quid iurare debeant, num. 10.*
*Ad aſpectum corporis, & coeuntium coniugum quando deueniatur, & num. 9.*
6 *Epilogus, ſuffragium & additio gloſsarum, nu. 7. & 8.*
*Propter maleficium non ſeparatur matrimonium, triennium quando expectetur*
10 *Compurgatores iurant tantum de credulitate.*
*Mulier quid iurare in caſu huius decretalis debeat,*
*Periura quando dicatur,*

## C A P V T V.

LAudabilem. Pars,ſupra de cō
uer.inſide.lauda
1 bilem.C.Si†de impotentia coeundi con
ſtat, ſtatim ſeparaẜ matrimoniū: aliàs co
habitabunt coniuges per triennium: & tunc ſi cum
7.manu propinquorum iurant,quod dederūt ope-
ram carnali copulæ,nec potuerunt commiſceri, ſe-
parantur. cōis diuiſio.2.ibi.Nos uerò,& Inno.hanc
decr.diuidebat in duas partes,dicens quod prima lo
quitur, quando unus coniugum dicit matrimoniū
conſumatum:alter diffitetur. In hoc enim caſu daẜ
triennium,& requiritur iuramentum.7.manus pro
pinquorū illius,qui dicit matrimonium nō eſſe cō-
ſumatum,& durat uſq; ad §.ſi autem.ibi ſecunda,in
qua dicitur,ꝙ ſi uterq; confitetur matrimoniū non
eſſe conſumatum, non eſt neceſſe dare triennium,
ſed ſufficit iuramentum propinquorum. Hoſti. ue-
rò dicit, ꝙ in hoc caſu quæritur de naturaliter frigi-
dis, quantum tempus ad experiendā copulam car-
nalem eccleſia eis debet indulgere.diciẜ,quod trien
nium,niſi de impotentia poſsit prius euidenter con
ſtare, quo lapſo ſeruata ſolennitate iudex eos pote-
rit ſeparare, ꝙ ſi frigidus poſtea potens appareat, ad
primam habebit neceſſe redire: ſed ſi uolunt, ſimul
poterunt remanere, licet uir ſit impotens. Exprimi-
tur autem ſolennitas,quam iudex debet in ſeparan-
do ſeruare, & per contrarium actum probatur per-
iurium,& delinquentes iubentur pœnitere [*Frigidis*]
2 i.his†qui naturaliter dicuntur frigidi.Inno. & ꝑ hoc
inferebat Hoſt.quòd decre.non loquitur in malefi-
ciato [*Prius*] puta, quia uir habet membrum ſiccū,
uel mulier omnino apparet arcta & inepta,infra ca.
1. uel poteſt prius probari:quia ambo confiterētur
impedimentum,& multa ſigna frigiditatis apparēt,
& inſuper præſtant iuramenta parentum ſecūdum
Innocen.Hoſti. dicit, quòd frigiditas quandoq; nō
poteſt ſtatim probari,puta quia uir habet ſemiple-
nā pubertatē, qa eſt.14.uel.15.an. unde ſpectabitur
quouſq; plenam habeat pubertatē,ut not.ſupra de
deſpon.impu.puberes,unde,ſi eſt.16.annorum,ex-
pectabitur per biennium.C.de diuor.in cauſis.ſi.15
per triēnium, in auct.de nup. §. per occaſionem.ſi.
17.per annum. ſi. 18. per menſem,uel duos arbitra-
riè.& ſic loquatur ſupra c.1.ut ibi dixi ſecundū eum
[*Cohabitare*]quod facere poſſent,ut infra uerſi.quòd
ſi ambo[*Voluerint*]ſup.& ambo fatentur, quòd una
caro facti nō ſint,nec fieri potuerint,& hoc eſt, qđ
exponi infra uerſi.ſi autem [*Iuſtum iudicium*] de hoc
ſatis,ſupra.c.1[*Alium*]dote recuperata, & donatio-
ne propter nuptias recepta. Goffr.(*Accepit*]ſupple,
3 & † cognouit.& idem ſi aliàs apparet eum mulieres
cognoſcere,licet cum nulla cōtrahat, nam & tunc
reintegrabitur primum coniugium (*Quod ſi ambo*)
quod hic dicitur in frigido, habuiſti in arcta; ſupra
ca.prox.& expone ut ibi(*Si autem*)hæc eſt expoſitio
eius,quod dixerat ſupra uerſi. quo elapſo,ut ibi no.
ſm Ho.uel aliter ſm eum pōt dici, quod hic ponit
aliū caſum, in quo non expectabiẜ triēniū:& tūc ſic
expones(*ſi aūt*)ſup.uir ſit maior.18.annis,& mulier.
14.(*& quod nonnunquam ſe in eo.ambo fatentur*) intelligas
non ſolum ante triennium,ſed etiam infra mēſem,
uel duos,uel tempus arbitrarium.& ſi erit caſus idē
ſecundum eum cum illo, quem poſuit ſupra. c.1.i.
1.reſpon.& expoſitio ueri iudicii, de quo ibi loqui-
4 tur(*Septima*)non † dicas hunc numerum duplicari,
ut ſint 7.pro quolibet,& ſic 14.& hoc probet,quod
de uicinis ſequitur[*Vel uicinorum*]no.deficiente parē
tela admitti uicinos bonę famę. ſic.ſ. de teſti.quo-
ti.infra qui ma.ac.poſ.uidetur.35.q.6.cōſanguineos
ſic & deficiente iudice, ſupra de off.or. paſtoralis.§.
fi.ſupra de ap.c.fi.cum ſi.& eſt ar.ꝙ deficientibus cō
purgatoribus eiuſdem ordinis,recurritur ad inferio
res,ſm Hoſt.de hoc.infra de purg.ca.cum iuuentu-
te,in glo.fi.(*Bonæ famæ*] ſic,ſupra de teſti. quoti. infra
de purga.ca.quoties,& c.conſtitutus[*Et uterque*]con
iugium.quod intellige,ut no.ſupra ca.1.Hoſti.[*Vna*
5 *caro*] cum † quæritur de frigido, qui conrrahit cum
corrupta, quæ petit matrimonium ſeparari, dicens
uirum frigidum,ille aſſerit contrariū,diſtinguit Ab
ba.aut tempore cōtractus mulier gerebat ſe pro uir
gine,aut pro corrupta.ſi pro uirgine,ſi dicat ſe prius
b fuiſſe corruptam ab alio,non auditur, [b] cum turpi-
tudinem ſuam alle.ſupra de conſti.cum.M. & de do
na. inter dilectos. ſi gerebat ſe pro corrupta,qa erat
uidua,uel conſtabat eam ante matrimoniū ab alio
corruptam,inſpiciendus eſt uir.& ſi per ipſius inſpe
ctionem ſtatim pōt de defectu conſtare, tunc pote-
rit ſtatim matrimonium ſeparari, ſeruata ſolennita
te,de qua ſupra c.1.Dicunt tamen quidā,ꝙ ſicut per
lanceam deſiccatam,uel paraliticam pōt quis vrinā
emittere,ita ſemen.quod non credit Pe.de San. niſi
hoc aſſerāt naturales.Si uerò naturalia uiri appareāt
ſana & integra,& ad copulam apta,dicit Inn. ꝙ mu-
lier debet iurare cum 7. conſanguineis, ꝙ per eum
cognita non fuit, & tunc ſeparari poterunt, ut uide-
tur.33.q.1.c.2.ad hoc facit uer. hic, Si autem, ꝙ nū-
quam. ſed iſta iura loquuntur, quando uterq; hoc
fatetur: ſed idē uidetur,ſi alter:quia qua ratione cre
ditur eis in illo caſu,& in iſto:tamen ſi uir iuret,ꝙ eā
cognouit,crederetur ei,quia ſtat pro matrimonio,
ſupra c.1.uel dic,ꝙ aſtringeretur uir per iuiamētum
dicere ueritatem,an poſsit eam cognoſcere, arg. de
deſpon,impu.atteſtationes.& ſi iurat, ꝙ poſsit,coge
tur ſuſtinere, quod mulieres hoc inſpiciant tempo
re coitus.certa enim ſigna ſunt in mulieribus,quan
do dicuntur cognitæ. & ſi mulieres referant, quod
nihil fecit,poterit matrimoniū ſeparari. Dicebat au
tem Ab.quod qui polluitur dormiēdo,uel alia mo-
do,nō eſt frigidus. Item ſiquis lanceam erigit,ſignū
eſt,ꝙ frigidus nō ſit[*Ille*]ſ.frigidus[*Duxerit*] & cogno
6 uerit.aliàs contra, ſupra eo.ꝙ ſedē.Hoſti.¶Gl. 2.†re
ſponet per quæſtionem,quid de maleficiato. ¶*Glo.*
*uel ſolummodo*]reſpon.per qōnem,an uir frigidus, &c.
7 ¶*In † glo.3.ibi,per occaſionem*] correcta.l. antiqua, quæ
dabat ſolùm biennium,datur ibi triennium.¶*In glo.*
*uel ſolummodo,ibi.l.2.*]uide de pign. ſignificāte.¶*In glo.*
2.& *ibi,proſpexit*] uide de feriis.ca.2. ſuper 1. glo. ¶*In*
8 † *glo.2.in fi.glo.*]La.idem T.Goff.& Phi.Inno.uerò di-
xit propter maleficium matrimoniū nō ſeparari.de
hoc,infra c.proxi.Hoſt.uerò dixit in frigido nō ſem
per expectari trienniū,ſed in maleficiato ſemper,in-
fra c.fi.& quæ ſit ratio,ibi no.ſm eū.¶*In glo.arg.quod,*
*ibi,impedimentum*]ēt frigiditatis;vt ſi iam fuit ab alia ſe
paratus pro frigido ſm Vin.& Pe.Gof.ſupra de pro-
batio.

batio. propoſuiſti, dixit ſe intelligere hanc dec. quando aliquo modo dubitari pōt de maleficio, uel frigiditate, puta, quia in magna parte triēnii fuit vir infirmus, uel aliàs impeditus, uel paucis diebus iacuit in toro vxoris. Nam, ſi ante triennium liqueat impotentia uiri, non expectabitur triēnium. in maleficiato non bene dixit[*& ibi, infra c. proximo*] idem Guil. in Spe. eo. titu. uer. ꝙ autem. ¶*In glo. 1. per teſtes, ibi, aſpe-*
9 *ctum* †*corporis*) ipſius mulieris, quæ uirgo erat: nec habet tunc neceſſe habere 7. manum propinquorum uel quia ſæpe manus fallitur, &c. ſemper erit neceſſaria ſeptima manus, infra ca. fi. in arcta tamen dicerē ſecus, quę eſt infallibilis probatio, quod placet Inno. Idem, ſi per aſpectum corporis uiri, qui ſiccum & aridum habet membrum, probetur eius impotētia ſ̄m Inno. ¶*In glo. uel ſolummodo, ibi. c. 1.*] per quod capitulum hoc tenet Io. 33. q. 1. ſi quis acceperit, in fi. 1. glo. (*& in fi.*) ſi. quod no. de coniu. ſeruo. c. ult. in fi.
10 ulti. glo. ad hoc, ſupra c. 1. ¶*In glo. ſcilicet uir* † *& uxor, in fi.*) ſ̄m Tan. & idem no. Io. 33. q. 1. c. 2. ratio glo. quia compurgatores iurant tantum de credulitate. plus dixit Hoſti. quod mulier non cogitur iurare maritū naturaliter impotentem, ſed ſufficit, quod iuret, ꝙ ſibi fuit impotens: quia nunquam cognouit eā, licet ipſa ſe non non ſubtraxit, ſed diligentiam adhibuerit. & ſi ſ̄m conſcientiam hoc dixit, & fecit, non deierat, quamuis maſculus frigidus non ſit, qui for-
b ſan fingit, quod non eſt[b] intelligit ergo illam deierare, quando cōtra conſcientiam iurat, vel quia nō ſeruauit, quæ iurat, uel quia falſum iurat, quod poſtea in pœnitentia confitetur, de eo, qui cognouit conſanguineam, ueniens, uer. uerum.

ANNOTATIONES.

a ¶Non auditur. Ex iſta cauſa: ex alia poſſet. præſumitur enim à uiro cognita ne præſumatur, ff. pro ſoc. l. meritò.

b ¶Quod non eſt. Facit, quod notat Io. And. de iura. calum. cum in cauſa. in glo. procuratorem, & uide de purga. ca. c. fi. ad fi. & in Spe. de proba. §. 1. uer. & no.

*SVMMARIVM.*

1 *Propter arctationem mulieris quando ſeparetur matrimonium, & poſtea reintegretur ob eam ſeparata non debet alij nubere, num 19.*
*De ea quomodo cognoſcendum, nu. 3. 4. 7. 23. 24. 25. & 28.*
*Facti ſpecies, uer. Oliueria.*
2 *Temporis lapſus non officit ſeparationi matrimonij.*
3 *In matrimonialibus non poteſt adhiberi nimia diligentia, & quæ adhibenda in cognitione arctæ mulieris, & nu. 20.*
*Iudex cuncta rimari oportet, & in quibus præcipuè, & nu. 20.*
*In culpa non eſt, qui multam adhibuit diligentiam.*
4 *Parochianæ, & uicinæ præſumuntur maiorem habere notitiam, quàm extraneæ, licet & hæ quærendæ ſint & quo caſu.*
*In aſpectu mulieris arctæ quæ mulieres eligendæ, & quæ adhibendæ, & nu. 23. de ueritate non deponunt, ibid.*
5 *Vocandi ſunt hi, quos res tangit.*
*Fides data loco iuramenti habetur, & nu. 23.*
6 *Conſtanter qui dicantur teſtificari.*
7 *Iuramentum præſtatur in omni caſu impotentiæ, de qua non conſtet euidenter.*
*Suaſio utenda, ubi res imparari non poteſt.*
8 *Beguinarum ſtatus damnatus eſt.*
9 *Reſpondere non tenemur conſulenti ſemiplene.*
*Votum emiſſum in præiudicium uiri iam ducti non ualet, & nu. 16. quando impediat & dirimat matrimonium poſt, uel ante contractum, ibid. nu. 17. quotuplex ſit, ibid. & qualiter ſolennizetur, ibid.*
10 *Perſpicaciter, ideſt ſubtiliter.*
*Subtilitas quæ approbanda.*
11 *Reſuſcitatus a mortuis an & quæ recuperet,*
*Per mortem quæ extinguantur, aut amittantur.*
12 *Probabilis error quis dicatur.*
*Cognoſci qui poteſt ab uno, & ab alio, & nu. 14. & 26.*
*Naturale impedimentum non eſt, quod eſt ad tempus.*
13 *Mulier reſtituenda primo uiro patienti aliquam coeundi impotentiam, uel inæqualitatem an & quando ſit, nu. 19. cir. fin. & 26. & 28. & quoties, ibid. & 29.*
*Similia ſimilibus gaudent.*
*In dubijs papa conſulendus, nec auctoritate gloſſarum, uel medici ſoluenda matrimonia.*
14 *Intellectus huius decretalis quis.*
*Per teſtes falſos lata ſententia retractanda, uel nulla pronuncianda.*
15 *Matrimonium non tenet ex duobus impedimentis hic, & quibus.*
*Contractum auctoritate eccleſiæ, uel contra eius prohibitionem idem operatur, licet ex hoc pœnitentia ſit agenda.*
17 *Sponſalia de præſenti ante copulam an ſoluantur per ſuſceptionem ſacri ordinis.*
*Mulieri repetenti uirum quæ obijci poſſint.*
18 *A fornicatione mulier quando excuſetur, num. 19.*
20 *Sententia non præcipitanda, & ſupra num. 3.*
*Tempore indigemus, ut aliquid maturius peragamus.*
21 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 22.*
*Ex futuro euentu aliquando pendet iudicium, & ſupra nu. 20. & infra nu. 28. & 30.*
23 *Additio gloſſarum, & nu. ſequentibus.*
*Matronæ non debent de ueritate iurare.*
24 *Per miraculum tolli quid modis quibus poſſit.*
*Maleficium quod perpetuum, & à quo deſtrui poſſit.*
*Tenendum quod approbatum eſt ab eccleſia.*
25 *An præceſſiſſe præſumendum.*
*De maleficio, & maleficiato quid optabat Hoſt. duas fieri decretales.*
26 *Abſque periculo, pro abſque morte.*
27 *Sententia ſecunda lata contra primam quando ualeat.*
*Veritas debet ſemper præualere.*
29 *Idonea uiro quæ.*
*Hoſtienſis ſumma corrigitur.*
31 *Impotentia coeundi unde mulieri, & unde uiro procedat, & quibus caſibus ſeparet matrimonium.*

## CAPVT VI.

1 FRaternitatis C. Propter † arctationem mulieris, ſi præter diuinum miraculum abſq; corporali periculo habilis reddi nō poteſt, ſeparatur matrimonium: reintegratur tamen, ſi poſtea appareat eccleſiam fuiſſe deceptam. Cōmunis diuiſio. ſecunda, ibi, Quamuis. Hoſti. ponebat ſic caſum. Oliueria mulier cum quodā uiro per multos annos moram traxit. ſed ille ipſam cognoſcere non potuit, epiſcopus ſuper hoc nō ſolùm per archipreſbyterum, ſed etiam per matronas referentes in fide ſua ipſam adeo arctam eſſe, ꝙ nullatenus poſſet fieri mater, certificatus fuit, ſicque inter ipſos ſententiā diuortii tulit, & mulier cōtinentiam promiſit, uiroque contrahendi cum alia licentiam dedit, qui & cōtraxit. O. uerò reperit, qui ſeras huiuſmodi reſerauit, & abiecta continentia, Hug. in facie eccleſiæ nupſit. ſuper his epiſcopus papam conſuluit. papa conſulētem, quia non ſpecificauit, quæ debuit, reprehendit. perſpicaciter tamen ruminās uniuerſa, ſententiā reperit latam per errorem, quamuis ꝓbabilē. & ideò inter ipſam. O. & ſ̄m uirum nullū eſt matrimoniū, & ipſos ſeparari præcepit. Si uero. O. expreſsè, uel tacitè fuit profeſſa, primus uir cum ſecunda uxore remanebit: aliàs debet ad primam reuerti, niſi occaſione fornicationis ab ipſa cōmiſſæ illam repellere uelit:

lit: quam tamen opponere non poteſt ex cohabitatione habita cum ſecundo uiro, quamdiu articulus ſententiæ dubitabilis fuit. & per hoc duabus quæſtionibus dubitabilibus reſpondet. finaliter inſtruit iudicem, ne in talibus ſententiis ferendis nimis ſit repentinus [*Continentes*] conſultationem ſequentis dubitationis, ſed non clare, ut infra uerſi. quamuis igi-
2 tur. Hoſtien. [*Per multos*] & tamen auditur † & ſeparatur matrimonium, ut ſequitur, & ſic non eſt uis in tempore. de hoc ſupra eo. capi. 1. Hoſtien. [*Cognoſci*] unde petebat matrimonium ſeparari, & ſibi dare licentiam cum alia contrahendi. Hoſtien. [*Super hoc*] ſcilicet, quòd multis annis ſimul cohabitauerant, nec potuerant effici una caro [*Archipresbyterum*] qui forte de mandato epiſcopi ſuper his inquiſiuerat: aliàs contra, ſupra de conſanguinitate, & affinitate,
3 cap. 1. Hoſtien. [*Pleniorem*] cautè fecit † in hoc: quia in talibus non poſſet adhiberi nimia diligentia ſecundum Hoſtien. qui conſuluit, ut in talibus per inſpectionem mulieris, & uiri, & per ſacramentum utriuſque, & uiciniæ, & per omnem alium modum laboretur ad ueritatem inueſtigandam, maximè quia oneratur iudex, cuius arbitrio tali committuntur, & latet ſæpius, quod ſi diligenter inueſtigaretur, appareret. & cum generaliter iudicantem cuncta rimari oporteat, multo magis in caſu iſto: quia circa maiora &c. 42. diſt. quieſcamus. 7. & iſte licet multam diligentiam adhibuerit; tamen deceptus fuit, ut patet infra, ſed non fuit in culpa: quia diligenter inquiſiuit. aliàs contra, ſupra de electione, innotuit, & capitulo cum terra, in fine, ſecundum Hoſtien. [*Suæ*] ſci-
4 licet mulieris [*Parochiæ*] tales † enim præſumuntur quò ad famam habere maiorem rei notitiã, quàm extraneæ, argum. ſupra de elect. poſtquam, & c. ſcriptum. de uicinia tamen & extra debent quæri expertæ. & ſecundũ Hoſt. caueri debet, ne ſint nimis iuuenes, propter inexperientiam, nec nimis antiquæ propter uiſus defectum. nam cum manu & cum oculo talia ſunt probanda, de probationibus, propoſuiſti, & cap. cauſam. & propter mulierum medicinas ante, quàm inſpiciatur, conſuluit ſecundum Iac. quòd mulier in aqua calida prius lauetur, & diu moretur. de hoc in prędi. decre. cauſam, & interim ſub fida ſit cuſtodia, ne poſsit apponere medicinas. ff. de uẽ. inſpici. l. 1. & propter hoc ſequitur in textu, Prouidas. debent enim eſſe honeſtæ, ne ſint lenones, uel uiles, quæ pro minimo deierarent, & corrumpi poſſent, & omni peccato conſentirent, in auctẽ. de lenoni.
5 colla. 2. & C. de decurio. l. ult. lib. 12. [*Tuam † præſentiam*] ſic fieri debet uocatis etiam his, quos res tangit, ſupra de conſanguinitate, & affinitate, capitulo primo [*Quæ*] matronæ ſcilicet [*Fide ſua*] hic innuit, quòd nõ iurauerunt. ſed eſto, quòd ita ſit: non tamen dicitur: quòd non debeant iurare. ſed & fides data loco iuramenti habetur, ſupra quod metus cauſa, ad aures. Hoſtien. de hoc, ſuper glo. ſecunda [*Conſtanter*] quaſi
6 † dicant ſe ſcire, uel credere pro certo in nullo uacillando, diſcordando, uel titubando, arg. 4. quæſtione tertia, qui falſo. Hoſtien. [*Nunquam*] quaſi dicat nulli homini eſt habilis [*Mater*] quò ad procreationẽ prolis, Pet. [*Coniunx*] quò ad conſumationem matrimonii, Pe. [*Inſtrumentum*] capax. Vincen. adeò clauſa erat, ſupra eo. conſultationi, & c. præ. Naturale tamen habebat: aliàs mingere non poſſet, & per conſequens nec uiuere ſecundum Hoſtien. [*Vnde*] quia ſcilicet diligenter inquiſiſti, & illã arctam reperiſti [*Diuortium*] dixit Hoſtienſes hic colligi, ſecundum Tancre. &
7 Bern. quòd hic † non præſtatur ſacramentum, de quo dicitur, ſupra capitulo proximo: quia illud locum habet tantum, cum frigiditas hominis allegatur, ſed Hoſtienſ. dicit, quòd in omni caſu, in quo euidenter non conſtat de impotentia, ſit illa ſolennitas adhibenda, & hic forte fuit adhibita, licet hoc litera non dicat, & hoc ſupplere non eſt contra literam [*Inducens*] quia res ſuaderi poteſt, non imperari, trigeſimaſecunda, quæſtione prima, integritas [*Aliquam*] de approbatis, de religio. dona-
8 tioni. capitulo finali, nam † a Beguinis caue, ut not. de uita, & honeſtate clericorum, monaſteria, Quarum ſtatus hodie damnatus eſt, per clemen. de religionis dominan. cum de quibuſdam [*Continentia*] quam promiſit, ſed poſtmodum illam abiecti, ut ſequitur [*Tribuiſti*] quia impotentia proueniebat ex parte mulieris, non uiri [*Inuenit*] non dicit, matrimonio præcedente, uel non. & hoc tangitur, infra uerborum, & ſi prædicta [*Supernupſit*] aliàs nupſit, & ſuper, eſt ſuperfluum, & ideò reſecandum fuerat ſecundum Hoſtienſem [*Semiplenè*]
9 unde † papa non tenebatur reſpondere, ſupra de ſponſationi. de muliere. Hoſtienſem [*Simplici*] quia tunc & ſi contrahere non deberet, contractum teneret, ſi alii iuncta non eſſet, ſupra qui cleric. uel uouend. rurſus. In præiudicium tamen uiri etiam ducti non ualuit uotum emiſſum, trigeſimatertia, quæſtione quinta, manifeſtum, & capitulo uoluit [*Ad religionem*] eam profitendo tacitè, uel expreſsè, ſecundum Hoſtienſem [*Concubitu*] conſtat tamen, quòd concubuit. Hoſtienſem [*Quolibet*] puta per balneum. Abbatem [*Perſpicaciter*]
10 ideſt ſubtiliter. † & nota, quòd ſubtilitas, quæ facit intelligere mentem, & rationem, approbanda eſt, ut hic, & ſupra de translationibus inter. R. de feria. capellanus, paragrapho finali, Hoſtienſem, uide quod ſcripſi, de iudicis dilecti, ſuper prima
11 gloſſa [*Miraculum*] innuitur. hic, quod † ſi Lazarus reſuſcitatus repeteret uxorem, uel eccleſiam, non teneretur eum recipere, ſeptima quæſtione, prima, eodem Vincentius, de hoc trigeſimaſecunda, quæſtione ſeptima, capitulo ſecundo, & per Bartolum Brixienſis, in quæſtione Eſto, quod aliquis reſuſcitatus in qua quæſtione tractat etiam Bartolum de bonis, quæ reliquit eccleſiis, an ſibi ſint reddenda. in præcedenti uerò, capitulo ſecundo, & trigeſimatertia quæſtione ſeptima tractatur etiam de baptiſmo, & ordine. Sic etiam dubitari poteſt, an recuperet perſonalia priuilegia, quæ cum perſona extinguuntur, de regulis iuris, priuilegium, libro ſexto. allegat Bartolum, ad caſum matrimonii, quòd cum matrimonium ſolutum eſſet per mortem, infra de ſecundis nupc. capitulo penultimo, & ultimo, non cogebatur mulier reconciliare ſemel ſolutum, C. de nuptionibus, neque ab initio, nam ſocietas morte diſſoluitur, ff. pro ſocio, cum duobus, paragrapho idem reſpondit, & mors omnia delet, in auctentica, de nuptionibus, paragrapho deinceps, collatione quarta, facit, ff. de ſolutionibus qui res, paragrapho aream. quod dicat, uide in ſuffragio de ſimoniacis, ex inſinuatione, ſuper ultima gloſſ. Circa res allegabat illas repeti non poſſe, ex quo deo dicatæ erant. 17. quæſtione quarta, ſunt qui opes. 12. quæſtione ſecunda nulli liceat, infra de regulis iuris, ſemel deo, li. 6. cum ergo illarum rerum dominium ſtatim poſt mortem fuerit eccleſiæ acquiſitum, C. de ſacroſ. ecc. ut inter diuinum, ille non poterit eccleſia ſine culpa priuari, de regulis iuris, ſine culpa, libro ſexto, præterea qua ratione illa ſibi reſtituerentur, etiam rebaptizaretur, quòd eſt falſum, cum character manſerit in anima. idem in ordine, ut ibi etiam not. In contrarium quod omnia recuperet, inducit: nõ dicit mortuum,

tuum, qui citò reſurrexit, de pœniten. diſtinctio. 1.
diuortium, ff. de in rem uerſo. ſi pro parte. §. verſum,
jtem morte ceſſante ceſſat effectus, 61. diſtin. his om
nibus, nec uidetur re excluſus, quem pretor reſti-
tuit, ff. de in integrum reſtitution. nemo uidetur,
multo fortius quem princeps principum, qui e-
tiam reſtituendo ad uitam, ad uxorem, & bona,
quod minus eſt, reſtituiſſe uidetur, ut ſic pleniſsima
ſit reſtitutio, ſecunda quæſtione tertia. §. notãdum,
C. de ſenten. paſ. l. 1. & ultima, & reſtituto principa-
li, & acceſſorium, de officio delega. prætereà. facit,
C. de capti. & poſtli. reuer. l. poſtliminium, & l. ſi ca-
ptiuus, §. 1. ut ſic iure poſtliminii iſte omnia recupe-
ret. 16. q. 3. c. 1. hoc enim eſt in reducto per captiuita-
tem in ſeruitutem. 34. q. 2. c. 1. ergo. & in hoc caſu cũ
ſeruitutem ferè æquiparemus morti, ff. de reg. iu. l.
antepenul. & iuſtam abſentiæ cauſam habuit uoca-
tus à deo, ergo reſtitui debet, de re iudi. cum Bertol-
dus. & actio extincta renaſcitur, ff. ſi ex nox. cauſa. l.
2. in fi. dixit Bar. Tan. dixiſſe, ipſum ad omnia reſtitu-
tum. Hug. & Io. contra. uide in præ. c. & in uerè mor-
tuo hæc opinio de rigore uerior. Si uerò in monu-
mento uiuus apparuiſſet, quod interdũ accidit, tunc
nulla dubitatio. & idem, ſi probabile dubium eſſet,
an ſit reſuſcitatus, an uiuus repertus. Eadem quæſtio
formatur de religioſo reſuſcitato, an ſit ſolutus à ꝓ-
feſſione. & prædictum. c. ſecundum. 32. quæſt. 7. in fi.
facit quod non: quia nunquam deus moritur, vt ibi.
deo autem principaliter obligatur in ꝓfeſſione, ut
ſatis dixi. ſupra de condi. appo. c. ult. ſuper 1. gl. ad fi.
12 [*Probabilem*] quò ad † conſcientiam epiſcopi. non ta-
men eſſet probabilis, ſecundum Hoſt. ſi epiſcopus
aliqua de illis omiſiſſet, de quibus in prin. dixi. & no.
non eſſe præcipitandas ſententias. ad idem, de reſtit.
in integ. tum ex literis, §. perſpeximus [*Cuius ſimili*] q.
d. uterq; uir. unde præſumitur, ꝙ ſi cognoſcibilis vni
quòd ſit etiam alii. & ſi non uni, nec alii. dicebat In-
no. nam ſi aliquando eſt cognoſcibilis, patet, ꝙ non
habet naturale & perpetuum impedimentum. vnde
dicit. c. ſi huic non potuit naturaliter concordare,
quomodo alii conueniet. 33. q. 1. requiſiſti. aliàs eſt
b ſub. c. ꝙ autem.[b] uel ideo dicit [*Cuius ſimili*] ſecundũ
13 Hoſtien. quia ſi primus pateretur defectũ membri,
ſecundum ea, quæ dixi, ſupra c. proxi. uer. ſi autem,
uel haberet nimis carnoſum membrum, ita, ꝙ exce
deret alia membra. puta quia patitur ſibi elephantiã
quæ dicitur quædam ſpecies lepræ maior, reliqs ad
inſtar elephantis, qui maior eſt aliis animalibus, uel
quia habet nimis groſſam, & longam lanceam, cum
ſecundus habeat competentem, non fiet reſtitutio.
& ſic intellexit hanc literam Vinc. & Goff. ad quod
concor. Ouidius, qui ait. Quàm male inæquales ue-
niunt ad aratra iuuenci. Nam præmitur magno cõ-
iuge nupta minor. & Auicenna, mulier quandoque
non eſt anguſta, ſed non conuenit ei ſuus par, & ip-
ſa non conuenit pari. Et indiget unuſquiſq; eorum
permutatione. q. d. ſecundum Hoſt. aliquando acci-
dit, ꝙ uir habet membrũ nimis debile reſpectu mu-
lieris uirginis fortiter ſigillatæ, & ſic non conuenit
ei puellæ, ſcilicet ſuus par. Quandoque uerò habet
paruum & nimis debile. ſponſus uerò nimis groſsũ,
& nimis forte, & ſic non conuenit par ei, & indiget
uterque permutatione. q. d. iungatur debilis debili,
fortis forti: quia ſimilia ſimilibus gaudeat, ſupra de
elect. tranſmiſſam. quamuis autem in quibuſdam ex
his, ubi euidenter apparuerit, poſſit tuto procedi ꝑ
decre. ſupra eo. ꝙ ſedẽ, quia oculata fides præualet,
inſti. de gradi. §. fi. tamen in dubiis dicit Hoſt. conſu-
lendum papam. nec auctoritate gloſſarum, uel Aui-
cennæ debere matrimonia ſolui, cum nec hoc fiat.

l. canonica, ut ſupra de teſti. licet ex quadam, in fi. &
14 uidetur ſibi, & Inno. ꝙ † papa primum habuit intelle
ctum, & non hunc ſecundum: quia perſonarum ab-
ſentium papa non fecit comparationem. conſulta-
tio etiam hoc non continebat. præſumitur ergo, ꝙ
primus potuit illam cognoſcere, ex quo alius illam
cognouit. per quod patet ſententiam latam per fal-
c ſos teſtes: quia mulieres illæ falſum[c] dixerũt. & ideò
ſententia retractanda, uel nulla pronuncianda, ſup.
de excep. cum uenerabilis [*Præfatum Ga.*] ſecundum
uirum, cum quo. O. contraxerat [*Conſenſus*] & hæc v-
15 na de duabus rõnibus, uel quia primus † adhuc erat
uir, ſi illa non fuit tacitè, uel expreſsè profeſſa. unde
ſecundum ducere non potuit, de ſpon. du. accepiſti:
uel quia ſi profeſſa fuit, matrimonium poſtea con-
tractum non tenuit, ſupra qui cleri. uel uouen. me-
minimus, & capitu. ſequen. Hoſtien. [*Tranſiuit*] ibi,
profitendo tacitè, uel expſeſsè [*Cognouit*] aliàs cum
manente in ſeculo profiteri non potuiſſet, de regu.
ad apoſtolicam [*Eccleſiæ auctoritate*] maximè, quia idẽ
eſſet, ſi contra prohibitionem, licet tunc pœniten-
tiam debeat agere, infra de ma. contract. contra in-
ter. eccleſi. capitulo primo, ſecundo, & tertio [*Alio-
quin*] id eſt ſi nec tacitè, nec expreſsè ꝓfeſſa eſt. & col-
16 ligit Innocen. ex hoc, quòd quãtuncunque † mulier
ſolenniter uouerit etiam cõſentiente uiro, & etiam
quod plus eſt, quamuis uir poſt uotum uxoris cum
ſecunda contraxerit, niſi mulier ingrediatur religio
nem, tamen matrimonium prius contractum rein-
tegratur. nam hic patet, quod cauſa diuortii eſt adul
terium, non tale uotum: ſed contra, ſupra de cõuer.
coniu. ex parte. 2. & uide, quod ibi dixi, ſuper uer. ma
trimonium. Solu. aliud eſt ingredi mona. & profeſ-
ſionem facere, uel uoto ſe obligare ad obſeruantiã
regularem de præſenti. aliud ſolenniter uouere con-
tinentiam, quod qualiter fiat, nota. ſecundum eum,
ſupra de regula. porrectum. Aliud eſt vouere ſimpli
citer. In primo caſu uotum non ſolum impedit ma
trimonium contrahendum, & dirimit contractum
poſt uotum: ſed etiam dirimit ante uotum nõdum
per copulam conſumatum, ut ſupra de conuer. con
iu. ex publico. In ſecundo uerò caſu, quãdo uotum
ſolenniter emittitur, & ſi impediat, & dirimat matri
monium contractum poſt uotum, non tamen diri-
mit contractum ante uotum, ut hic, & ſupra qui cle
ri. uel uo. inſinuante. Illa enim decre. loquitur de uo
uente continentiam, non de profitente religionem.
aliàs malè ibi diceretur, quòd in domo propria re-
maneret, quod eſt contra ſubſtantiam monacatus.
uide quod dixi, de conuer. coniuga. dudum, in gloſ.
ſatis fatuus. In tertio uerò caſu, quando ſcilicet uo-
tum emittitur ſimpliciter, non dirimit cõtractum
etiam poſt uotum; ſed impedit tantum contrahen-
dum, ſupra qui cleri. uel uouen. rurſus, ſecundum In
nocen. [*Ea*] ſcilicet ſecunda [*Voto*] arguũt Pet. & Ab
17 ba. quòd † ſponſalia de præſenti ante copulam ſoluã-
tur per ſuſceptionem ſacri ordinis, cum per ſacrum
ordinem ſolennizetur votum continentiæ, ſup. qui
cleri. uel uouen. rurſus. de hoc dixi de uoto, capitu-
lo uno, lib. 6. [*Vel niſi*] q. d. non ſolùm poterit excipe-
re contra mulierem de uoto ſolenni, uel de profeſ-
ſione tacita, uel expreſſa, ſed de fornicatione, ut ſe-
quitur, Hoſtienſ. [*Alij uiro*] qui, ſcilicet non præce-
dente, nec ſecuto matrimonio ſeras reſerauit. & ſic
unus reſerauit, & cum alio contraxit. & ſic obſt.
18 fornicatio primi, à qua † nec auctoritate ſententiæ,
nec eccleſiæ excuſantur, argumen. infra titu. 1. refe-
rente. ſecundus autem concubitus nõ nocet, ut pro
batur, infra §. ſequentib. [*Declinare*] propter hoc ta-
men non remanebit cum ſecunda, ſed debebit con-
ti-

tinere, Pet. [Eccleſiæ] hoc eſt, quod in dubio ipſam
excuſat, argum. infra qui fi. ſint legi. c. 2. & cap. per-
latum, & cap. peruenit. & facit multum hæc litera,
ad id, quod no. contra communem opinionem, ſu
pra de coniug. ſeruo. propoſuit. Hoſtienſ. [Dubita-
bilis] multa ſimul iuncta excuſant mulierem à for-
nicatione. primum, quia fuit per eccleſiam ſepa-
rata, arg. 32. q. 7. quemadmodum. ſecũdum, quia pu-
blicè nupſit. tertium, quia in dubio potuit bonam fi
dem habere. quartum, quia forſan ſentẽtiam diuor-
tii latam perpetuò ualere credidit. quintum, quia ne
mo illi contradixit, nec poſtea conſcientiam turba
uit. ergo nec adulterium commiſit. quod non com
mittitur ſine dolo, ſecundum Hoſt. iura alleg. gloſſ.
[Cum illo] ſecũdo. à fornicatione uerò primi, cũ quo
non contraxerat, non excuſatur, ut dictum eſt [Amo
dò] præter expoſitionem gloſſæ poteſt exponi ſecũ-
19 dum Hoſt. 1. ex quo factum† eſt ſuper hoc ius expreſ
ſum, nulla mulier debet remanere cum illo, cũ quo
ſecundo contraxiſſet, ex quo ſentiret ſe cognoſcibi-
lem. & ſic loquitur, quod quæri poſſet, quid ſi hodie
talis caſus accideret: & ſi dicas, nonne hodie præmit
tenda ſunt banna in eccleſiis? Reſpõdetur, ꝙ eccleſia
permitteret cum tali contrahere, puta dicẽte uiro ſe
de ſuis uiribus confidere, uel quòd uult illam ut ſo-
rorem tenere. Inn. non placet, ꝙ olim iſte articulus
fuerit dubitabilis, propter quod excuſetur ab adul-
terio, quę adheſit alteri maritali affectu. hodie tamẽ
ſi matrimonialiter adhæreret, dicit eã ab adulterio
non excuſari, cum per hanc conſtitutionem dubita
tio ſit ſoluta, ſcilicet, quòd ſeparata à uiro ꝓpter ſui
arctationem: cum alio non contrahat, quod non te
neat matrimonium. & ſi dicatur, ꝙ matrimoniũ eſt
de iure naturali, & ideo etiam olim ignorantia non
excuſabat uiolantem, reſpondet, ꝙ ſæpe in his con-
ſtituit eccleſia, & pro matrimonio, & contra, ut pa-
tet, de conſangui. non debet, de conuer. coniu. ex pu
blico. alii dicunt, ꝙ & olim peccabat, ſed cõſtitutio-
nem humanam non offendebat, & ſic non teneba-
d tur illa conſtitutione[d]: quia propter adulterium ſe-
paratur torus, ex quo matrimonialiter alteri nõ ad-
hærebat [Per hoc] ſimilis modus ſoluendi, infra de di
uor. quanto, ſupra de reſcrip. paſtoralis. & dixit Inn.
(Per hos) ideſt per ſententiam, quam tulimus in hoc
negocio non diſtinguendo de corporali periculo,
nec de ſimili uiro. ſed decernimus mulierẽ reſtituen
dam primo, cui arcta non erat. ſic ergo eſt de cæte-
ro faciendum. nec de periculo, vel ſimilitudine uiro
rum curandum, & hoc ſibi placet (De talibus) ſcilicet
de his quæſtionibus duabus, ſcilicet de diuidendis v-
xoribus propter arctationem mulieris, uel frigidita
20 tem uiri, Inn. (Facile) q. d. ſententiam† non præcipitan
dã in talibus, ut & ſupra not. Nam tempore indige-
mus, ut aliquid maturius peragamus, l. diſtin. ponde
ret. 42. diſtin. quieſcamus. 33. diſtin. habuiſſe. 11. q. 3.
graue. Hoſt. [Ex futuro] quia ſi fuerit apta ſecũdo, red
detur primo. & cõſtat primum fuiſſe matrimoniũ.
21 Inno. ¶ Finis. 1. glo. †reſpondet per quæſtionem. ¶ Se
cunda glo. reſpondet per quæſtionem. ¶ Tertia glo.
obiicit, & ſoluit, & remittit. ¶ Gloſ. 6. arguit pro opi.
dicentium c. ſi per ſortiarias. non tenere. cui duplici
ter reſpondet ſubdens de maleficio, quod præcedit,
hoc intelligi debere. ¶ In glo. quia ſi) obiicit, & ſoluit.
demum quærit, & ſoluit ſecundum Io. & ſubdit opi.
22 T. ¶ In† glo. 1. ibi. l. 1.) uide, in c. cauſam, hic alleg. ſuper
glo. 2. ¶ In glo. 4. ibi. §. & quidem) uide, de transla. c. 2. in
glo. malus (& ibi, nam is) uide, de ſolutio. Odoardus,
in glo. 3. ¶ In gl. propter quem, ibi, l. 2.) incipit, ſi ſit fullo.
uide, in c. proximè alleg. ſuper glo. 1. ¶ In gl. quia ſi, ibi,
ſi ignorans) uide, de ſenten. excommunica. in audien-
tia, in gloſſ. 3. (& ibi. l. penul.) uide, ut lite non conteſt.
quoniam, ſuper glo. per famam (& ibi, in bello. §. 1.) ex
futuro euentu patebit, an hi qui erant in poteſtate il
lius, qui ab hoſtibus captus eſt, ſint ſui iuris, necne.
nam illo non reuerſo à tempore captionis ſui iuris
eſſe dicetur (& ibi. l. 1. §. 1.) ſi pendeat, an in poteſtate
ſit filius, ut quia captus pater ab hoſtibus, pendet ẽt,
an Macedoniano ſit locus. ¶ In glo. ult. ibi, quædam ſunt)
ſi ſpecies legata eſt, quam deliberante legatario hæ-
res alii tradidit, ualet traditio, ſi legatarius repudia-
uit: & nulla erit, ſi acceptabit [& ibi, proinde] interdũ
pendet mutui datio, ut ſi mutuaui numos, ut ſi cer-
ta conditio extiterit, tui fiant. item ſi hæres Titio cre
dit pecuniam mihi legatam, ſi legatum repudio, ſuã
pecuniam hæres credidiſſe dicetur [& ibi, potior] uide
de appel. prætereà. 2. ſuper glo. 2. [& ibi. l. 2. §. 1.] uide,
ſuper glo. quia ſi [& ibi, §. ſed ſi quæritur] uide, de uerb.
ſignifi. forus, in glo. lex enim [& ibi, §. cum quis] uide,
23 de appel. nouit. ſuper glo. 2. ¶ In† gl. † ibi, propinquorum]
ſecundum La. Io. Vinc. Phi. Tan. Hoſt. contra, ut di-
xi, ſuper uer. diuortium. ¶ In glo. 2. ibi, per iuramentum]
idem Goff. Phi. Innocẽ. & Hoſt. & quod dicit, ſuper
periculo animarum, dicit Hoſt. quod incurrunt, ſi
deierauerunt. alii dicunt, quòd hæc obteſtatio habe
tur loco iuramenti. ſic ſupra de appella. conſtitutis.
2. nec debent matronæ de ueritate iurare, ſed de cre-
dulitate ſecundum ſuam conſcientiam, & credulita
tem referendo mulierem aptam, uel non, ſecundũ
Hoſtien. ¶ In glo. 3. in fi.] ſed hæc probatio nõ eſt cer-
ta, ut patet ex ſequentib. Hoſt. ¶ In glo. no. in fine] Goff.
hic alleg. ff. de reg. iu. non uidetur cępiſſe, & l. nõ ui-
detur quiſquam, & l. nihil intereſt. quid dicant, uide
in ſua litera, de regulis iuris, li. 6. alleg. ad idem. 100. di
ſtin. c. 1. de præſcrip. c. 1. ¶ In glo. arg. quod, ibi, induxit] po-
24 teſt dici† tolli per miraculum, quod tollitur ꝑ ſecre-
tam uirtutem uerborum, herbarum, uel aliarum re
rum: recitabant hæc Io. & Vincen. dicebat Goff. ma-
leficium eſſe perpetuum, ut in cibo, uel potu datũ,
uel ſi maleficus eſt mortuus, uel maleficium perdi-
tum, uel maleficus deſtruere neſcit. dixit hic Abb. ꝙ
frater magiſtri ſui per 8. annos non potuit uxorem
cognoſcere, quam poſtea cognouit. & adde quod
dicam, infra cap. proxi. [& ibi, ut quidam dicunt] ſcilicet
Da. & Cardinalis, quos ſequitur Inno. Dicebat autẽ
Car. ꝙ auctor illius. c. nõ fuit gnarus, ſed ignarus, &
uerum eſt quò ad nomen, ut ibi patet. Hoſt. contra-
dicens illud, c. tenere, quod per eccleſiam generali-
ter approbatum eſt, ad hoc, de cele. miſ. pernitioſus,
cum ſuis concor. præſumitur autem à princ. malefi-
cium temporale, ſed poſt cohabitationem trienni
prę ſumitur perpetuum, ex quo ſolennitatẽ ſeruant,
de qua, infra c. proxi. & poteſt maleficium eſſe per-
petuum. facit quod dixi, ſupra ea. glo. & dicam ſecũ-
25 dum eum, infra c. 1. [& ibi, quod præceſſit] ꝙ ſi† dubita-
tur, utrum præceſſerit, quidam dicunt, ꝙ debet præ-
ſumi, quod præceſſit, ut ſic expediant, nec maneant
impediti. argum. C. de ædil. ac. l. 4. & infra de re iudi.
Abbate, lib. 6. nec ob. ſupra de teſti. licet ex quadam,
in fi. quia illud uerum eſt, quando matrimoniũ po-
teſt habere effectum, ſcilicet fornicationis euitatio-
nem, uel bonum prolis: quod hic non poteſt ꝓpter
impotentiam coeundi. optabat Hoſtien. quod papa
in hac materia duas faceret decre. unam, quod ma-
leficiatus cum illa, cum qua maleficiatus eſt, perpe
tuò contrahere non poſſet, & quod ſi contraheret,
non teneret. & quod ex quo moram per triennium
contraxiſſent, cenſeretur perpetuum impedimẽtũ.
aliã ꝙ ſi non appareret, utrum impedimentum præ
ceſſiſſet, uel ſecutum eſſet matrimonium, præſume
tur præceſſiſſe, & matrimonium non tenere. & eſt ſi

mile, quod ipſe no. de ſpon. is qui fidem, dicit autē, ꝙ aliàs non uidetur plenè ꝓuiſum in hac parte. ¶In
26 glo. ubi uerò, in fine] dixit Inno. ꝙ† qualitercunque mulier reddatur cognoſcibilis, reſtituitur primo, quod placet Hoſt. niſi appareret uir impotens omni mulieri. dixit etiam Hoſt. ꝙ quantuncunque graue periculum immineat, ſemper reſtituenda eſt poſt, ex quo eſt adiuuata. & quod dicit abſque periculo exponebat, ideſt abſque morte. q. d. ſi mors ex medicamine nō fuerit ſubſecuta. Item ſcripſit, quod ex quo à ſecundo cognita eſt, reſtituenda eſt primo, cui ſemper adhærebit:, quia ſi uni cognoſcibilis eſt, ergo & aliis. de hoc dixi, ſuper uer. cuius ſimili. ¶In glo. propter
27 quem, in fine] uel ſecundum Inn. tunc† ualet ſecunda ſententia lata contra primam, quando aliquid proponitur in ſecundo iudicio, de quo prius non fuerat exceptum, argum. ſupra de fide inſtrum. cum Ioan. idem, ſi notoriè pateat primam ſententiam iniuſtā. nam ſemper debet ueritas præualere. 8. diſt. conſuetudo, & adde, quod dixi, ſm Hoſt. ſuper uer. cuius ſimili, in fi. glo. & ſupra de re iudi. cum Bertoldus, in glo. forte de partium [& in fine] ſm Io. ¶In glo. ſic. 33. in fine] Goff. Phili. ſed Innoc. & Hoſt. contra. ¶In glo
28 quia† ſi legitimè, ibi, T. dixit] & Vincen. & Inno. has opiniones deridebat dicens, quòd quilibet inſipiens intelligeret abſurditatem illarum, per quā quis ſic exponitur pollutioni, & aliena uxor ſic ab alio contractatur. Dicit autem, quoſdam dicere, quòd non cognoſcetur, an ſit apta per copulam primi uiri, ſed ꝑ inſpectionem utriuſque, primi ſcilicet & ſecundi. Si enim habent ſimilia membra, præſumitur, quòd ſit illi cognoſcibilis, & ſic ei reddetur [& in fine] ad idē de excep. pia, lib. 6. Hoſt. qui dicit, ꝙ utraque illarum opinionum eſt contra textum, dicit, quòd fiet reſtitutio primo, cum quo morabitur per triennium interdicto facto ſecundo, ne interim cum alia contrahat. & ſi poteſt cognoſci intra triennium, non reuertetur ad ſecundum. Si uerò intra triennium cognoſci non poſſit, reſtituitur ſecundo, ſine ſpe reſtitutio
c nis decætero [c] faciendæ, & præſumetur maleficium perpetuum impedire, infra c. ſequē. Si uerò interim ſecundus contrahat cum alia cōtra interdictum eccleſiæ, ſeparentur, & tamdiu ſeparati morentur, quādiu triennium ſit elapſum, & ſic apparebit, an cauſa impedimēti fuerit temporalis: quia ſi primus ipſam ſibi reſtitutam cognoſcat, tenet ſm matrimonium contra interdictum eccleſiæ contractum, licet contrahens debeat pœnitere. uel perpetua, quia non poteſt à primo cognoſci, & tunc ſeparabitur ſecundū, & prima reſtitueretur ſecundo. & idem dicit de ſecūda uxore primi. & ideo dicit in fi. quod talia pendēt ex euentu. & eſt caſus, quo quis iure ſuo priuatur ſine culpa, ſed non ſine cauſa, ſupra ut lite non conte. quoniam. ¶In gl. & certè, in fine] idem Hoſt. placet In
29 no. quòd dicatur† idonea, ita, ꝙ ſi incidatur etiam cū periculo, priori uiro ſit reſtituenda. & idem Hoſt. ut dixi ſuper gl. ubi uerò. ¶In gl. q. d. in fi.] tu dicas, ꝙ per ea, quæ dicta ſunt, in §. non tamen, ibi, per opus humanum [& ibi, cuius ſimili] & ibi, inter ipſam, & primū hæc quæſtio in contrarium eſt ſoluenda. & ibi, qui ſequuntur hanc glo. Vincen. no. contrarium, cū alii dicunt in infinitum reſtituendam. alii, quod ſecūdo ad minus. Dicas ergo, ꝙ ſi per frequentem uſum ſecundi redditur apta, ideſt ꝑſumatur reddi primo, quamuis de hoc non conſtet, tamen ex quo primus eam repetit, facienda eſt ſibi ſemel reſtitutio, ubi ſibi aliàs facta non fuit. ad hoc tria me mouēt. primū, quia ſine diuino miraculo porta per opus humanū aperta eſt. ſecundum, quia nunc præſumitur, qđ fuit impedimentum temporale. tertium, quia tūc appa-
ret teſtimonium matronarum fuiſſe falſum. & ſm hoc intellige, & corrige, quod no. in ſum. eod. titu. §. qualiter, & quando, uer. quod ſi mulieres aſſerant,
30 & ſequentibus. Hoſt. ¶In† glo. ult. in fi.] eſt tamen arg. contra, ff. de uſu. l. 1. ff. de iudi. non quemadmodum. & illud, Exitus acta probāt, careat ſucceſſibus, opto, Quiſquis ab euentu facta notanda putet. Hoſt. ¶Cir
31 ca† materiam decre. & tituli Pet. de San. hic, & Abb. in fi. ſui operis diſtinguebant ſic, impedimētum matrimonii aut eſt ætatis, & tunc non tenet matrimonium, nec eſt neceſſe, quòd ſeparentur per ſententiā ut quia contrahunt ante legitimam ætatem, ſup. de deſpon. impu. à nobis, & ſupra eo. ꝙ ſedem. aliud eſt impedimentum naturæ. & hoc quandoque à parte mulieris, quandoque à parte uiri. ſi à parte mulieris, dicitur arctatio, quo caſu ſi nō poteſt inciſionis, uel alio beneficio ſubueniri, ſeparari poſſunt per eccleſiam, ſupra eo. ex literis. à parte uiri poteſt eſſe quadruplex impedimētum. à parte naturæ, & unum ab extrinſeco. à parte naturæ, aut ex frigiditate, aut ex nimia carnoſitate, aut ex defectu lāceæ, aut propter ſiccitatem eiuſdem. ab extrinſeco uerò ut propter maleficium. ſi ſit impedimentum frigiditatis, tunc non ſunt ſtatim coniuges ſeparandi, ſed eſt procedēdum ſecundùm formam dec. ſupra eo. laudabilem. Si uerò prouenit impedimentum ex nimia carnoſitate, & ideo mulier eſt à uiro ſeparata, quia non poteſt ab illo cognoſci, & alii copulata ſecūdum Vinc. quia aut mulier, quando cōtraxerat cum primo, receperat dilatationem in omnibus mēbris, puta qa iam peruenerat ad ætatem. 14. uel 15. annorum, quo caſu non præſumitur fuiſſe matrimonium inter illam, & primum, qui nullo modo potuit illā cognoſcere, & ideo ſeparari non debet à ſecundo, licet poſſit ipſam cognoſcere: qa iſte ſecundus in lancea non præſumitur ſimilis primo. Si uero nondum peruenit ad ætatem, qua recepit mēbrorumq; dilatationē, & à ſecundo cognita eſt, ita ꝙ iam eſt apta primo, ꝓſumitur matrimonium cum primo: quia licet tunc non potuerit eam aperire, præſumitur, ꝙ nunc poterit. unde reſtituenda eſt: quia ex poſt facto apparet, ꝙ ſententia diuortii fuit per errorem lata inter eos. Si uerò deficiat uir in lancea, quia non habet tantū, quod ſufficiat ad matrimonium conſumandū, uel ſi habeat uirgam deſiccatam, tūc poſſit ſeparari, cū naturale in eo deficiat inſtrumentū, ſup. c. proxi. nec eſt relinquendum improbitati mulieris de quantitate lanceæ, ſed per aſpectum corporis relinquatur arbitrio boni uiri. Si uerò impedimentum prouenit ab extrinſeco, puta propter maleficium, aut impedi
f mentum eſt perpetuum, [f] aut temporale, ſi temporale, non ſunt ſeparādi. Si uerò eſt perpetuum, aut impedimentum præceſſit matrimonium, & tunc ſeparantur, & datur licentia contrahendi utriq;, ut inf. c. proxi. aut matrimonium præceſſit impedimētum, ut 32. q. 7. hi qui ſani, & tunc non ſeparantur.

ANNOTATIONES.

a ¶Proximo. Ibi uide Io. And. in glo. cum quæritur, & uide, infra in glo. 1. & ſuper illa.

b ¶Quod autem. Hunc intellectum approbat in fi. huius gl. Inn. & Hoſt. & Io. And. & probatur, ſupra c. 1. in prin. ibi, cum illa, neq; cum aliqua, & ibi, aliam acceperis.

c ¶Falſum. Non uidetur falſum teſtimonium illarum, quia potuit dolo carere, ad hoc, quod no. Io. And. ſupra eo. laudabilem, ſuper glo. penul. & uide ad hoc no. Io. And. ſuper gl. propter quē, infra eo. capitu.

d ¶Conſtitutione. Imò uidetur conſtitutio iure naturali: quia euangelica. 32. q. 1. dixit dominus.

e ¶Decætero. Contrà quia etiam poſt triennium, ſi poteſt coire, uidetur reſtituenda illi, ut probat text. ſupra c. proxi. in primo reſponſo, & ibi no.

f Per-

5 ¶Perpetuum. an maleficium poſſit eſſe perpetuum, uide in gl.
arg.quòd,& ſuper illa Io.And.& infra c.prox. ſuper gl.2.

## *SVMMARIVM.*

1 *Si maleficiatus nunquam potuit uxorem cognoſcere, quando & qualiter ſeparatur.*
*Ex temporis curſu non repellitur petens ex impotentia ſeparationem.*
2 *Impotentia quæcunque ſit, modò perpetua, ſufficit ad ſeparationem coniugum.*
A *Ad eam probandam quot iuramenta requirantur, nu.12.*
B *Eius cauſam dicere nemo cogitur.*
*Ius ſuum deduxiſſe totum dicitur, qui cauſam tacuit.*
C 3 *Experto credendum, licet quandoque inexperto.*
*Expertes qui dicantur.*
4 *Teſtimonium dicitur prohibitum à non iurato.*
*Ad copulam non conſueuerunt uocari teſtes.*
5 *Corruptio mulieris creditur uiro.*
6 *Matrimonij ſacramentum ex multis habet præeminentiam, & quibus, & eius requiſita, & proprietates quæ, num.7.*
*Non reſcinditur de facili, & cur, nn.7. & quomodo inſtitutum, num.17.*
7 *Ad ipſum pertinentia Adæ uerba illa, hoc nunc os, &c. quæ ſingula habeant ſignificationem, & ſenſum.*
8 *Triennij tempus in caſu huius decretalis quando incipiat, & ut computandum, nu.9. & 11.*
9 *Continuum quando dicatur.*
*Vir ſi ſit ſuſpectus, ut faciat mulierem corrumpi, quid agendum.*
*Ad malum multæ uiæ.*
10 *Coniux ad cohabitandum, & obſequia coniugi præſtandum cogitur, & à quibus, & qualiter, præterquam in caſibus & quibus.*
11 *Iure ſuo quis priuatur in multis caſibus abſque culpa, ſed non ſine cauſa.*
*Eccleſia ſequitur opinionem, cum neſcit ueritatem.*
12 *Vicini propinquorum defectu ſumendi.*
*Habere quos & quot poſſumus, ſufficit ut hic.*
13 *Epilogus. & ſuffragium gloſſarum. num.14.*
*Mulieris appellatione etiam uirgo uiripotens continetur.*
15 *Additio gloſſarum, & infra.*
*An ob maleficium ſeparetur matrimonium, & nu.16. an ſit perpetuum, & qualiter curari, & diſſolui poſſit, & quod proſſimum ſit, ibid.*
*Decretalis hæc quando locum habeat.*
16 *Conſtantini practica citatur.*
*Credendum eſt auctori in facultate ſua.*
*Tituli ſignificatio debet attendi, & allegatur hic.*
17 *Virginitas non infert operam copulæ ab impotente datam, niſi probetur, in fine.*

## CAPVT VII.

1 LIteræ veſtræ. Caſus. Si† uir male
ficiatus nunquam
potuit cognoſcere uxorem, cui per trien
nium cohabitauit, ipſis cū 7. propinquo
rum manu hoc iurantibus matrimoniū
ſeparatur. & ſunt duæ partes. conſultatio, & reſpon
ſio, ibi, Quo circa [*Mulierem*] ad diuortium proclamā
tem [*Commiſſa*] erunt ergo iſti delegati à papa: aliàs e-
piſcopi ordinarius deberet hoc audire, ſupra de cō-
ſan.c.1.Hoſt. [*Octo annis*] ſi auditur mulier poſt 8. an-
nos, multo fortius poſt annum, & dimidium, & ſic
non eſt uis in tempore, ut no.ſup.ca.proxi. in princ.
& c.1.Hoſt. [*Cohabitaſſet*] in domo, & lecto [*Non habe-*
2 *bat*] nunquid† cogitur dicere, ex qua cauſa: non pu-
to, ſupra de iudi. dilecti. & ſufficit, quæcunq; ſit cau-
ſa, dum tamen perpetua, ſupra eo. titu. ꝙ ſedem. Ho-
ſtien. no. tamen Io. 33. q.1.c.2. ꝙ tunc totum ius ſuū,
uidetur in iudicium deduxiſſe. per quam glo. uidet,
ꝙ ſi ſuccumbat, deinceps, nec frigiditatē, nec male-
a ficium poterit allegare[a] [*Quare*] ideſt quia mater fie-
ri cupiebat, ſupra c.1.& 1.uer. muliere [*Expertis*] exp-
3 to† credendum eſt, ff. de uen. inſp. l.1. & eſt arg. pro an
tiquis magiſtris. 25.q.1. contra ſtatuta. 37. diſtin. rela-
tum. & contra nouos magiſtros, facit. 48. diſtin. ſicut
ſecundum Ia. pro expertis, alleg. glo. Goff. C. de iudi.
certi, in aucten. de iu. §. nos igitur, coll.6. 19.q.3. mo-
naſteriis. ſed ſecundum eum quandoq; creditur in-
experto. 31. diſtin. Nicena [*Quæ*] matronæ, ſ. [*Teſtimo-*
4 *nium*] teſtimonium † dicitur quod perhibetur à non
iurato, ſupra de cohabita. cle. & mu. tua, de hoc, ſup.
tit. proxi. in princ. [*Parochia*] ubi melius poterat ſciri
ueritas, de hoc, ſupra c. proxi. in prin. [*Conſtare potuit*]
per hoc uidetur frigiditas fuiſſe in cauſa. ſed ſecun-
dum Hoſt. nec ſemper de hoc conſtare poteſt: quia
nec conſueuerunt homines teſtes ad talia uocare:
imò ſe abſcondunt, & uiolentis præſumptionibus
conuincuntur, ſupra de præſump. literis, & c.3. [*Pa-*
*ratus erat*] cautè dicebat quia ſi ſponſa uirgo erat, ſi di
xiſſet ſe illam cognouiſſe, redargui poſſet de mēda-
5 cio. Si† uerò fuiſſet corrupta, crederetur ei, niſi ex ſui
parte appareret euidens defectus. de hoc, ſupra cap.
proxi. [*Eiſdem*] uiro, & mulieri: quia uterque & alter
tantum poſſet eſſe in peccato, propter quod hoc o-
pus impediretur, de pœniten. & re. cum infirmitas.
& patet in cano. unde hoc conſilium ſummitur. 33.
q.1. ſi per ſortiarias, ſecundum Hoſt. [*Inſtitutor*] no. ſa
6 cramentum † matrimonii habere præeminentiam
ratione ſui auctoris, quia cum illa ab homine, hoc
à ſolo deo. & ratione ſtatus, quia inſtitutum fuit an-
te peccatum. ratione loci, quia in paradiſo. ratione
temporis, quia à principio mundi. ratione ſignifica-
ti, ſupra de biga. debitum. & ratione priuilegii, quia
opus, quod aliàs eſſet peccatum, facit non eſſe pec-
catum, ſecundum Hoſt. qui etiam dixit, deum fuiſſe
inſtitutorem matrimonii ipſo facto: quia plus eſt fa-
ctis demonſtrare, quàm uerbis dicere. ff. de legi. de
quibus. Intentionem uerò facti demonſtrare uoluit
per uerba Adæ prophetizantis & dicentis, hoc nunc
7 †os ex oſſi &c. per quæ uerba ſecundum Hoſt. poſſu
mus notare quædam circa hoc ſacramentum, & in
quibus alter alteri uidetur obligatus. primò poſſu-
mus notare uitæ ſuſtentationem, & omnem ſubuē-
tionem, ibi, Os ex oſſibus. intimam dilectionē, ibi,
Caro, religionis conformitatem, ibi, De carne mea,
quaſi de genere, & fide ſua Chriſtianus uxorem du-
cere debeat. Vinculi indiſſolubilitate, ibi, Et propter
hoc, ſcilicet ſacramentum matrimoniale. Relinquet
homo prohibitionem duarum perſonarum, ſcilicet
patris, & filiæ, matris, & filii, ibi, Patrem, & matrem.
Si enim contrahens hos relinquere iubetur, ergo
prohibetur cum eis contrahere. Sexuum conformi
tatem, ibi, Homo, & ibi, Vxori. non dicit homo ho-
iuſmodi, & uxor uxori. Debiti redditionem, ibi, Et
adhærebit. fidem & ſpontaneum conſenſum, quo
contrahitur, ibi, Vxori ſuæ. & ibi, Et erunt, ſcilicet ſi
mul iuncti per conſenſum, & copulam. cognoſcen-
di intentionem, ubi & tangitur bonum prolis, ibi,
In carne una. ubi etiam tangitur ſacramenti ſignifi-
catio, ſ. ꝙ non diuidatur in plures. 34. diſt. Valentino.
non eſt ergo mirum, ſi non reſcinditur de facili tan-
tum ſacramentum. ad quod accedit, quod no. de cō
ſan. de infidelibus, de ſpon. duo. c.1. de ſpon. is qui fi-
dem, de biga. debitum, de transla. inter cor. ſecundū
8 Hoſtien. [*Terminos*] arg. quòd† a confesſione, & præ-
cepto iudicis incipiat triennium, quod eſt tutius, ſe-
cundum Hoſt. Si enim peccatum eſt in cauſa, quid
prodeſt tempus, quod pœnitentiam præceſſit: dicit

tamen hoc arbitrarium:poſtea dixit contra,ut infra
dicam.1.[*Prædictos.8.*]ẜm Vinc.& Inn.& Abb.hic in
nuit,computandum triennium,qualitercunq; mo-
ram fecerint, & ẜm Ia. eſt contra Baz. qui dixit poſt
motam litem computãdum triennium. uide quod
9 ſtatim dicam poſt Hoſt.[*Continuum*]horis,†ſcilicet,&
locis, & temporibus congruis,;ſupra de uſu.c.1. ubi
ſunt concor.de hoc. non enim circa hoc cõtinue &
ſine interpolatione ſtudere debent. dicebat.G. Na.
ꝙ ſi uir iuiſſet in peregrinationẽ,quæ forſan.6. men
ſes occupauit,illi.6.menſes ſupplebũtur.quærit Hoſ.
quid ſi uir ſit ſuſpectus, ꝙ faciat mulierem corrũpi,
forte propter magnam ipſius hæreditatem: multæ
namq; ſunt uiæ hominibus ad malũ,in auct.de nup.
§.mitiores,col.4.recurre ad conſilium,quod no. ſu-
10 pra de ſpon.cum locum. quid†ſi per alterum ſtat, ꝙ
morari non uult,excommunicetur, & tandẽ diſtrin
gatur per curiam ſecularem, ſupra de iudi. cum nõ
ab homine.& idem fiat,ſi cohabitet, ſed non tentat.
quid ſi dicat,ꝙ ita abhorret, ꝙ nec inuenit in corde
ſuo,;quod tentetur. non credatur ei, qui cauere ſibi
debuit ab initio.C.de actio.& obli.l.ſicut,niſi forſan
euidens eſſet hortoris cauſa,ut patet in his, quæ no.
de coniu.lepro.c.2. caueat bene iudex, ꝙ matrimo-
nium non dirimat,niſi cum hac ſolennitate.& ſic in
11 †hoc caſu,ſicut in multis aliis priuatur quis iure ſuo
ſine culpa,ſed non ſine cauſa. quod ideo contingit:
quia eccleſia non ſequitur ueritatem, quam neſcit,
ſed opinionem,de ſenten.excom.à nobis.2. Hoſtiẽ.
[*Triennium*] ſubau.numerandum, ex quo egerint pœ
nitentiam,& aſſignatum fuerit per iudicem,nec pu
to, ꝙ in hoc caſu liceat iudici abbreuiare, ſicut dicit
12 in frigiditate. ſup.c.1. Hoſt.[*Septima*] credo†ſufficere
duos teſtes,ſi plures non poſſunt haberi,dummodò
ſit de hoc fama.35.q.6.ſi duo,Ia.& Phi. dixit Vin.nõ
mutandã formã,nec numerũ,ut ſ.habeantur.7.pro-
pinqui:& ſi non poſſunt haberi,habeantur uicini, q
ſi propter probabilem cauſam,puta inimicitias, uel
quia extraneus eſt,non poſſent haberi, dicit paucio
13 res ſufficere: aliàs non. ¶Glo.2.† ponit differentiam
inter frigidum,& maleficiatũ. ¶Antepen.gl.reſpon
det per quæſtionem,per quæ uerba fuerit matrimo
nium inſtitutum,& ponit duas opi. ¶Vlt.gloſ.obii-
14 cit,& ſoluit.¶*In†glo.1.ibi,mulieris*]ſequitur appellatio
ne etiam uirgo uiripotens continetur.¶*In glo.pen.ibi,
per occaſionem*] uide,in c.laudabilem, ſuper glo.3. ¶*In
glo.ult.ibi,§.2.*] aliàs.3.uide de iura.calum.c.2.ſup glo.
15 1. ¶*In glo.2.ibi,ſi per ſortiarias*] Inn. qui dixit iſtud,c.nõ
tenere, dicit propter nullum maleficium matrimo-
nium ſeparandum.nec ob.hæc decr.quæ intelligen-
da eſt ẜm eum de naturaliter frigido. nam licet ipſe
diceret ſe poſſet aliàs cognoſcere,nõ creditur ei,nec
uerum erat, nec per inquiſitionem potuit hoc con-
ſtare,ut ſequitur,dicit Hoſt.ꝙ non uidet,ꝙ illud.c.ex
preſſè corrigatur per aliquod ius, nec per gl. dicunt
iura corrigi,& ſi dicatur illud,c.corrigi,ſequetur ẜm
eum magnus error, cum quotidie per eccleſiã pro-
pter maleficium matrimonia diſſoluãtur, nec uidet
Hoſt. quare naturaliter frigido habenti plenam pu-
bertatem ſit indulgendum triennium. vnde & in fri
gido non habente plenam pubertatem, & in malefi
ciato intelligit hanc decre.& illam, ſup.eo. laudabi-
lem,ad quod probandum dicit rubricã ſit intitulatã
de frigi.& maleficia.ad notandum matrimoniũ etiã
propter maleficium ſeparari.& ſignificatio tituli de-
bet attendi, ff. ſi certum peta. l.j. Eſt & alia ratio eui-
dens ſecundum eum, quod infra mandatur, ꝙ iſti
pẽnitẽtiam agant, per quod apparet, quod euiden-
tius loquitur in maleficiato, quàm in frigido: quia
facilius ſolueretur per præſentiam maleficiũ, quàm
naturale impedimentum. nec dicit ſe inuenire exp̃ſ
ſum, quod ad diſſoluendum naturale impedimẽtũ.
pęnitentia indicatur,quod ſubtiliter nõ aduertit In-
16 no.ſecundum eum.Dicit†etiam,ꝙ in practica Con-
ſtantini ſub rubrica, de his, qui maleficiis impediti
cum uxoribus coire non poſſunt, inter cætera dici-
tur,ꝙ maleficium fabarum peſſimum eſt,quod ma
gis diuinis, quàm humanis curari poteſt.q.d. ipſum
non niſi miraculosè curari. per quod habet eccleſia
ꝙ maleficium poteſt eſſe perpetuum. & conſuluit
Hoſt.ꝙ in hoc recurratur ad illa, quæ ibi ponuntur,
& alia remedia medicorum. licet enim quædam ex
illis uideantur ſuperſtitioſa, tamen credendũ eſt au-
ctori in ſua facultate, & ſatis poteſt eccleſia tolerare
17 & refundere uana uanis, ſecundum Hoſt. ¶*In†glo.ſi.
26.ibi,& quidam*] Io.T.& Hoſt. [*& ibi, ab Adam*] tamẽ
ore prophetico.27. q.2. lex diuinæ [*& in fine*] ſed illa
uerba dicta fuerunt: Noe, & filiis iam pridem uxo-
ratis,Gen.9.A,licet & eadẽ uerba prius dicta fuerint,
Gen.1.de hoc.27.q.1.in prin. primum uerius, inf.de
uoto,& uo.re.c.uno, lib.6. & adde, quod ibi dicam.
¶*In gl.ult.ibi,ſi alterum*]ſi intelligas, ideſt probatio uir-
ginitatis per aſpectum,tunc uera eſt glo.[*& ibi,requi-
ſiuiſti*] ubi idem no.Io. [*& in fine*] quod non eſt uerũ,
ſecundum Ia.Phi.Goff. quia licet de uirginitate con
ſtet,non conſtat,ꝙ operam dederint.

ANNOTATIONES.

2 ¶Allegare. Contra, quia in matrimoniali cauſa non tranſit ſen-
tentia in rem iudicatam,de re iu.lator,tenor, & conſanguinei.
uide in illis.Io. And.

*SVMMARIVM.*

1 *Oeconomia tituli.*
*De matrimonio contracto, contra interdictum eccleſiæ, quibus
in alijs, quàm hic locis.*

## De matrimonio contracto contra interdictum eccleſiæ, Rub.

1 ¶Poſt†alia impedimenta matrimonii, quæ impe
diunt,& dirimunt, de impedimẽto interdicti, quod
non dirimit,eſt uidendũ.& ideo &c.ẜm Da. & Gof.
uel ẜm Hoſt.quia aliquando interdictum fit ex cau-
ſa perpetua, aliquando ex temporali, aliquando ſe-
parat ad tempus,aliquando in perpetuum,& in hoc
ſimile eſt impedimento, de quo p̃miſit,ideo &c. de
hoc.33.q.3.non oportet,& tribus.c.ſeq.congruit au
tẽ,de feri.capellanus,de deſpõ. impu.ad diſſoluẽdũ,
de clande.deſpon.cũ inhibitio, de ſpon.dudum tua.

*SVMMARIVM.*

1 *Matrimonium contra interdictum eccleſiæ, uel iudicis contractũ
non dirimitur:imponitur tamen contrahentibus pœnitentia,
& ſeparantur, & quouſque,nu.4.5.& 6.*
2 *Sponſalia per fratrem niſi ſorore expreſſè conſentiente an contra
hantur, & quando per patrem.*
*An per tutorem.*
*Per quos tacitos conſenſus tranſeant in matrimonium, num.3.&
quando ſoluantur, num.4.& 6.*
3 *Mos ciuitatis, ſeu terræ ſeruandus.*
4 *Honeſtas publica quæ impediat, & dirimat ſponſalia, & nu-
me.6.*
*In uetitum nitimur.*
5 *Condignæ pœnitentiæ appellatione quæ contineatur.*
*Tempus arbitrarium hic.*
7 *Suffragium gloſſarum.*
*Siſti alium in iudicio qui promittit, quid promittere dicatur.*
*Inter donum, & munus quæ differentia, num.8.*

Præ-

*Prætoris, uel iudicis mandatum non eſt contemnendum.*
8 *Additio gloſſarum.*
*Pœna multiplex quando debet imponi, in fine.*

## CAPVT I.

1 Literæ, quas. Hæc decre. & ſequētes poſſunt ſic ſummari. Matrimonium† contra interdictum eccleſiæ, uel iudicis cō-tractum propter hoc ſolum non dirimitur: imponetur tamen penitē-tia ſic contrahentibus, & ſeperabun tur, donec cognoſcatur cauſa interdicti. & ſunt duæ partes. in prima facti narratio, in ſecunda reſponſio, ibi, Mandamus. & literæ iſtæ, de quibus principium loquitur, forte fuerunt apoſtoli dati mulieri, ſuper appellatione: uel forte fuerunt literæ conſultationis ſuper caſu, quod uidetur tenere glo. [*Conſentiente*] corde, & ore ſm Gof. & eodē modo intellexit Inno. di-
2 cens, ꝙ ſic† poterant contrahi ſponſalia per fratrem, ſicut per alium procuratorem: aliàs per fratrem nō contraherentur, niſi ſoror conſentiret expreſsè. ſpeciale igitur in patre, ut nomine filiæ præſentis, & nō contradicentis poſſit cōtrahere ſponſalia, ff. de ſpō. ſi patris, & l. ſe. & C. de nup. uiduæ. in tutore ſecus, ff.
a de ſpon. ſi puellæ, C. de ſpon. ſi patris^a^. nec ob. ſupra de ſpon. ad id, quod. Nam ibi interuenit carnalis copula: aliàs non iudicaretur matrimonium, ſm Inn. Hoſt. contra, dicens, ꝙ tacitus cōſenſus, dummodo probari poſſit, facit matrimoniū, ut patet in eo, qđ no. de ſpon. cum apud, & c. tuæ, de coniu. lepro. c. fin. ſed ex quo ætatem habet mulier, conſenſus ſuus attenditur, non paternus, ſm canones, ut patet, de deſpon. impu. c. 1. ex quo igitur ſoror præſens eſt, nō requiritur de neceſsitate cōſenſus eius expreſſus: imò ex quo non contradicit, præſumitur conſentire, ff. mandati. ſi renumerandi, §. ſi paſſus. Si enim expreſsè conſenſiſſet, fruſtra adderet uerba ſequentia, quæ
3 probant tacitum conſenſum [*Morem terræ*] no. arg. ꝓ conſue. terræ. ad idem, C. de teſta. teſtam, Hoſt. [*Amplexata*] ſed nonne per tales tacitos conſenſus ſponſalia de futuro tranſeunt in matrimonium, ut infra de deſpon. impu. c. uno. 3. reſpon. lib. 6. dic, illud uerū in ſponſalibus de futuro interpretatione iure, quæ tamen quò ad uerba erant de præſenti: ſed propter defectum ætatis cōtrahentiū finguntˀ de futuro, q̄ ꝑ fecta ætate per huiuſmodi ſigna cōſenſus bn̄ trāſeūt in mr̄imoniū, qđ ꝯhētes à principio intēdebāt. Si verò ab ipſo principio ꝯhantˀ ſponſalia de futuro, illa ꝑ amplexus, vel oſcula in mr̄imoniū nō trāſeūt, vt hic q̄a nec ꝑ niſſum carnalis copulæ, quod plus eſt: ut ſupra de ſpon. c. fin. & adde, quod dixi poſt In. de deſpon. impu. atteſtationes, & de ſpon. is qui [*Deſponſari*
4 *permiſit*] per hoc, ſi non interuenit † copula, non ſoluebantur prima ſponſalia, cū publica honeſtas non præcedentia, ſed ſequentia matrimonia impediat, & diſſoluat, de ſpō. c. uno, li. 6. de quo hic per Eg. [*Alij*] tertio. T. & tenuit matrimonium: quia ſolum ꝓpter interdictum eccleſiæ diuidendum non eſt tantum ſacramentum, infra ca. prox. [*Non expauit*] quia mulier eo amplius nitebatur in nitebatur in uetitū, iuxta id, Nitimur in uetitum ſemper, cupimuſq; nega-
5 ta. Hoſti. [*Rediret*] donec † diſcuſſum eſſet, cum quo remanere deberet, uel quouſque pœnitentiam egiſſet [*Videatur*] ſi. de ma. & ob. cum in eccleſijs, in fin. [*Condigna*] forte trium annorum. 27. diſtin. ſi uir, uel ad arbitrium epiſcopi. 26. q. 7. tēpora. Tā. [*per menſem*] arbitrarium, non ordinarium eſt hoc tempus ſecun
6 dum. G. Na. [*Tertium*] quia ſponſalia† contracta cum primo rupta fuerunt per matrimonium contractū cum tertio, ſupra de ſpon. ueniens, ſecundus contractus non tenuit propter publicam honeſtatem, eo. ti. ad audientiam. Debet ergo ad tertium redire. ſi.
7 de deſpon. impu. duo pueri, ſecundum Gof. ¶ In† *glo. 2. ibi, l. ult.*] uide de conuer. coniu. ex parte 2. ſuper gl. 2, [*& ibi, in illa, ſtipulatione*] uide de ſponſa. ex literis. 2. ſuper gl. 1. [*& ibi, quoties quis alium*] qui promittit aliū iudicio ſiſti, hoc promittit ſe acturum, ut ſtet. ¶ *In glo. 3. ibi, inter donum*] donum genus, munus ſpecies. & eſt munus donum ex cauſa. ¶ *In glo. pe. ibi, l. ult.*] ædificans in publico contra prętoris edictum, ædificium tollere debet: aliàs inane & eluſorium eſſet prætoris imperium [*& ibi l. una*] uide de ma. & ob. ꝙ ſuper, in
8 ulti. glo. ¶ *In † glo. 2. ibi, conſentiret*] quod dic, ut infra de deſpon. impu. c. uno, in fi. lib. 6. [*& in fi.*] ſecundum Ala. ¶ *In glo 3. in fi.*] Ala. munus ex cauſa: donum ex cauſa, & ſine cauſa. ¶ *In glo. ipſius. in fi.*] T. quod patet per ſequentia. ¶ *In glo. no. quòd, in fi.*] facit quod no. in Spe. de iu. om. iu. in fin. & quod ibi plene dicam. ¶ *In gloſſ. ulti. ibi, contempſit*) unde multiplex pœna debet imponi, de re iudi. c. 1. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Patris. Ibi uide Bal. circa conſenſum patris. & an ualeat ſtatutum, quod filia non poſſit contrahere matrimonium ſine patris conſenſu, & an ualeat ipſius conſenſus in teſtamento appoſitus, non inter uiuos, & uide Io. And. de hære. ſtatutum, lib. 6. in nouella.

*SVMMARIVM.*

1 *Diuiſio decretalis.*
*Deſponſatio comprehendit etiam de futuro.*
2 *Archiepiſcopus cognoſcit eiam inter ſubditos ſuffraganeorum per ſimplicem querelam.*
3 *Appellationi deferri poteſt, etiam ſi non ualeat.*
*Sponſalia priora per quæ poſteriora rumpantur.*
*Fortiora rumpunt.*
4 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 5. & 6.*
*Iudex, à quo, an poſſit id, ob quod appellauerim, interdicere.*

## CAPVT II.

1 Ex literis. Summatum eſt, ſupra c. proxi. & ſunt † duæ partes. in prima narrat factum. in ſecūda diffiniendum cōmittit ibi, Mandamus, quatenus [*Deſponſaſſet*] per uerba de futuro, In. ut innuūt ſequentia, ſic ſupra c. 1. [*Suſpitione*] quia perceptū eſt
2 ex auditu, ꝙ de alia ducēda tractabat. Hoſti. [*Ad † examen*] quod eſſe potuit ēt à ſubditis ſuffraganeorū per ſimplicem querelam. ſupra de off. le. c. 1. [*Præſcripto*] utrum ſcilicet eſſent contracta ſponſalia, quod ſponſus forte negabat. Hoſti. [*In facie eccleſiæ*] quia capellanus hoc potuit ignorare, nec fuit qui ꝯdiceret, infra qui ma. acc. poſ. c. fi. Hoſti. (*Matrimonio*) contracto inter. R. & M. ut à quibuſdam dicebatur, & male, q̄a fuerant ſolum ſponſalia, ut s̄. & infra patet, ſm Ho. (*Dicta M.*] ſponſa dedignata & nolens illū, qui nec ipſam uoluerat [*Deferens*[ quod facere † potuit, ēt ſi non
3 ualeret, Innocen. de app. cordi, Ho. [*Cauſa ipſa*] priorum ſponſaliorum [*Secunda*] quæ tanq̄ fortiora rupe runt prima ſponſalia de futuro. s̄. de ſpon. ſi inter. §.
4 uerum. ¶ Glo. 2. † reſpondet perq̄ōnē, & ſoluit. cui ſolutioni alle. duo ꝯria. ¶ Glo. 4. no. duo, quę poteſt iudex, à quo, & unū, quod non pōt. ¶ Pe. g. reſpondet per quæſtio. alle. 4. iura, & unū contra. & ſoluit. ¶ *In*
5 † *glo. 1. ibi, l. ulti.*] uide de conuer. coniu. ex parte. 2. ſu-
6 per 2. glo. ¶ *In* † *glo. 1. in fi.*] ſecundū Ala. ¶ *In glo. 2. in fi.*] de hoc de ſagit. cap. vno. ¶ *In glo. no. quòd ibi, ordinarius*] quaſi delegatus hoc nō poſſet. ſed Inn. dixit hoc ſpeciale

ciale propter animarum periculum, & in fauorem matrimonij: de hoc dixi ſupra de ap. cum teneamur. [& ibi terminum] quidam contra. vide quod dicam in decre. cum ap. ſuper ver. iuriſdictionẽ. [& in fine] dic, vt infra de ap. cum appellationibus, lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis huius pars ubi.*

2 *Matrimonium contrahentes in gradu prohibito ſcienter, excommunicati ſunt ipſo facto.*

*Separari qui debeant lite pendente, & quomodo.*

3 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 4.*

*Abſolutio ab excommunicatione exigitur etiam lata, donec quid feceris, & poſtea deſieris.*

*Interdicti, & ſuſpenſionis relaxationis cautela non eſt neceſſaria ceſſante cauſa, propter quam fuit latum, lataue.*

## CAPVT III.

1 DE muliere. Breue eſt, & huius † pars ſupra de ſpõ. de muliere [*Conſanguinitate*] vel alio canonico impedimento. ſupra de clandc. deſponſa. cum inhibitio, Ho. [*Receperint*] ſimul matri-
2 monium contrahendo [*Excommunicationem*] hodie † ſi verè ſunt conſanguinei, vel affines in gradu prohibito, & ſcienter contrahunt, excommunicati ſunt ipſo facto, vt in cle. de conſa. & af. eos, qui [*Separentur*] ideſt ſeparatim morentur ad tempus, donec conſtiterit, an debeant ſimul reuerti, an perpetuò ſeparari [*Stare*] non probato impedimento: vel nõ ſtare pro-
3 bato impedimento perpetuò. ¶ Gl. 2. reſpondet per quæſt. ¶ Vlt. gl. ſignat contrarium, & ibi remit. ¶ *In*
4 † *gl. 2. ibi, ſed tutus*] imò de neceſſitate exigitur hoc in ſententia excommunicationis. infra de ſent. excom. cum deſideres, & c. à nobis, & §. forma. ſed in ſententia interdicti, vel ſuſpenſionis non puto, quòd hæc cautela ſit neceſſaria: quia in illorũ relaxatione non ſeruatur forma ſolennis, ſed ſufficit dicere, Abſoluo te, vel Relaxo interdictum in te latum; quod dic, vt ſupra de teſti. veniens, 2. ad fi. Hoſtien. & adde, quod
a dixi ſupra de ęta. & quali. ſicut[a] bonæ.

ANNOTATIONES.

a ¶ Sicut. Vbi uide in gl. moderatè, & uide ſuper uer. donec, in cle. 1. de deci. & ibi Pau. & Io. And. de cohabi. cleri. & mu. c. ſicut, in glo. ſatisfactio.

SVMMARIVM.

1 *Tituli continuatio, uel œconomia.*

*De filijs legitimis ubi alibi, præterquam hic ſit ſcriptum.*

## Qui filii ſint legitimi, Rub.

1 ¶ Apparente † impedimento filij ſuſcepti ex matrimonio contracto contra interdictum eccleſię, illegitimi ſunt, ideo &c. de materia. 26. diſt. deinde 34. diſt. ſi quis viduam. j. 15. q. vlt. cum milite. 32. q. 4. dicat, & c. fi. 35. q. 7. c. vno. conuenit rubricæ, de or. co. tuam, de proba. per tuas, de deſpon. impu. acceſſit, de clan. deſpon. cum inhibitio.

SVMMARIVM.

1 *Naturalis ex ſoluto genitus, & ſoluta legitimatur per ſubſequens parentum coniugium, & nu. 4. & redigitur in poteſtatem patris, ibid.*

2 *Maritus pro uxore agens admittitur.*

*Exhæredare quid.*

3 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 4. & 5.*

*De hæreditate nunquid à papa ſcribatur reſtituenda.*

## CAPVT I.

1 Conqueſtus. Caſus. Naturalis † ex ſoluto genitus, & ſoluta legitimatur per ſubſequens parentum coniugiũ. & duo facit. ponit impetrãtis querelam. ſecundò cauſæ commiſſionem, ibi, Ideoque (*Ipſam*) uxorem conquerentis. & ſic maritus † pro uxore agens admittitur ſecundum Hoſt. Pet. & Abb. de hoc, ſupra de procu. conſtitutis (*Exhæredare*) ideſt hęreditate patris ſui priuare,
a uel eam ſibi auferre. Innoc.[a] (*Ante deſponſationem*) hoc nõ obeſt, ex quo matrimonium eſt ſecutum, quod dic, vt infra eo. tanta, ſaluo ꝙ de feudo dicam, inf. eo.
3 lator, ſecundum Hoſt. ſuper 1. glo. ¶ Vlt. † glo. rationem reddit, ſignat contrarium, & dupliciter ſoluit.
4 ¶ *In* † *glo. 2. ibi. §. ult.*) naturalis, qui non eſt in patris poteſtate, redigitur in illam per matrimoniũ ſubſecutum (*& ibi. §. ſancitum*) naturalis legitimaẽ per ſequẽs matrimonium, etiam ſi ex eadem muliere poſt ma-
5 trimonium alii naſcantur. ¶ *In* † *glo. ult. in fine*) ſed quia hoc eſt diuinare, dicit Hoſtien. tenendum, quod primo dicit glo. uel ſecundum eum intelligitur hoc in perſona miſerabili, ſup. de fo. comp. ex parte, & c. ex tenore, de offi. dele. ſignificantibus. Inno. dicit, ꝙ papa non iubet hic hæreditatem reſtitui, ſed prohibet turbationem fieri ea occaſione, ꝙ ſit illegitima, inf. eo. perlatum. & uide quod dicam poſt Inn. & Hoſt de do. inter ui. & uxo. c. 3. in gloſſ. ad hoc.

ANNOTATDIONES.

a ¶ Inno. Quia exhæredatio eſt eius, qui neceſſe habet inſtituere, uel exhæredare, inſti. de exhære. lib. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Filij geniti, uel concepti ante ſententiam ſeparationis matrimonij in facie eccleſiæ contracti, ſunt legitimi, & quando poſt ſententiam, num. 2.*

*Canonicè, dictionis ſignificatio.*

2 *Papa non intromittit ſe de hæreditate, uel bonis ſecularibus, in fine.*

3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 4.*

*Conceptionis tempus quibus caſibus ſpectetur, nu. 5. §. 2.*

*Filius ſi quis negetur puer, quid iuris, in fi. nu. 5. §. fin.*

5 *Additio gloſſarum.*

*Hæc decretalis non correcta per decretalem, cum inhibitio.*

*Fidem bonam quis dicitur habere pendente iudicio, §. 2.*

## CAPVT II.

1 CVm inter. Caſus. Separato † matrimonio in facie eccleſię contracto, filii geniti, uel concepti ante ſententiam legitimi ſunt. & primò ponit cauſam diffinitionis. ſecundò diffinit, ibi, ideoq; (*Canonice*) ideſt propter impedimentum canonicum, & adhibita conuenienti grauitate, infra de diuor. por-
2 rò, §. fin. (*Ante* † *latam*) idem, ſi poſt appellatione pendente ẜm Egi. hic. & quod dixi, ſuper glo. penul. facit pro Bart. q tenet in quæſt. domini. 64. ꝙ ſeparato matrimonio propter parentelam coniugum, qui in facie eccleſiæ cõtraxerunt, legitimi ſint filii nati & cõcepti poſt ſeparationem parentum: quia citati ſuper parentela fuerant contumaces, alleg. hanc decre. (*Bona*) non intromittit ſe de hæreditate, uel de bonis ſecularibus, ſed indicat, quid iuris ſit, Innoc. ¶ Gloſſ. 3.
3 † de tempore conceptionis ſpectando, allega. pro, & contra, & ſoluit. ¶ Penultima gl. ſignat contrarium. ¶ Vlt. gloſſ. allega. tres concor. & remittit, quærit, &
4 ſoluit. ¶ *In* † *glo. 3. ibi, ſi Paulus*) ſi filia ignorante patre nupſit,

25 [*Manzeres*] i. de † ſcorto nati.ff.de ſta. ho.l. uulgo [*In decimam*] ſcilicet ſi ſequantur vicium, vel delictum parentum: aliàs non [*Canone*] 56.di. per totum, de filiis, presbyterorum, per totū [*Succeſſionem*] ad materiam ſucceſsionum remiſi.ſ. de ſucceſ. ab inteſtato, ſuper rub. (*Paterna*) non dicit, materna. uide remiſ. quā de-
26 di.ſ. eo.tanta, ſuper ult. glo. ¶ Glo.1. † ſignat ꝯriū, & ſoluit. ¶ Secunda gl. reſpondet per quæſtionē, an papa quò ad ſucceſsionē legitimet, arguit ꝙ nō, ponit opi. Io. ſoluit ꝯrium, & ſubdit tertiam opi. ¶ *Glo.ut ij.*) ſignat ꝯrium, & ſoluit. ¶ *Glo. & ſic*) & ſequens miſceatur. & reſpondet per q. ¶ Vlti. gl. ſignat ꝯriū, & ibi re-
27 mittit. ¶ *In glo* † *2.l.2.*) de manumiſsione, & adoptione loquitur (*& ibi.l.1.*) uide de elec. cum inter can. ſuper glo. ſed nonne. ¶ *In glo.95.ibi, cui*] uide de tor. c. 1. ſuper ult. glo. ¶ *In glo. cui ſtandum, ibi.l.pe.*) uide de elec. cum cauſam, ſuper 1. glo. ¶ *In glo.ff.de, ibi, eſt receptum*) uide de ele. innotuit, ſuper 6. glo. ¶ *In glo.no.quod, ibi, ſi conſul*) uide hanc, & ſeq. de proba. ex literis, ſuper gl. 2. (*& ibi, nec quicquam*) uide de offi. le. ꝙ tranſlationē, ſuper 1. glo. ¶ *In glo.ulti.ibi, auct.licet*) hanc & ſe. uide in
28 c. cum haberet, ſuper ulti. glo. ¶ *In glo.1.in fi.*) uel corrupta eſt ibi litera. ut no. 25.q.2. in Galliarum. & hoc tenet Ho. dicens ſm Ber. Prouin. quod c. Artaldus, loquitur de quadā ciuitate, quæ deſtructa eſt, quæ uocabatur Arlet, & forte de illa loquitur. ſ. de teſta. c. 1. de Arelaten. uerò habetur. ff. de inſti. l. habebat. ff. de
29 uſuf. l. codicillis. 1. reſpon. ¶ *In glo. 2. ibi, iuriſdictionem*) unde & licet concedatur, ꝙ legitimare poſsit; nō tamen per hoc probatur, ꝙ habeat in temporalibus
a contentioſam, ſm [a] Gof. (*& ibi, indirectè*) & per conſequentiam, quod non liceret principaliter. ff. de pœnis. l. mortis, in prin. C. ſi aduer. tranſ. l. 1. C. de tempo. in inte. re. l. petendæ, in fi. Goff. & hoc colligitur, in-
b fra de procu. qui generaliter, in prin. [b] & in fi. li. 6. (*& ibi, honores*) G. Na. contra (*& ibi, temporales*) non tamen quò ad ſucceſsionē: ſed quare in illis, & non in iſto, non inuenio rationē. Goff. dixit Ho. ꝙ tenenti hanc opi. bene occurret rō, quia. ſ. p prædicta nemini præiudicatur, ſed potius reipub. prouidetur, ar. ff. de decu. generaliter. §. ſpurios, & l. ſpurii. ff. de teſti. l. 1. per ſm uerò prouidetur iuri priuato & odioſo cū alterius tribulatione, qui ſuccederet, ſi hoc nō eſſet, qđ uitari debet. 25. q. 1. §. ſi ergo, uer. finē, & in auct. de man. prin. §. oportet, col. 3. (*& in fi.*) de hoc 10. d. c. 1.
30 59. d. c. i. d. c. uno. dic † opi. glo. ueram in prole genita ex coitu non matrimoniali ſaltē ex affectu, uel conſenſu. Cū. n. papa non poſsit facere, uel ſupplere matrimonialē cōſenſum, vbi non fuit, ergo nec talem prolē legitimare poterit, niſi quò ad ſuum forū, niſi locus eſſet de temporali iuriſdictione eccleſiæ: vel niſi eo tempore, quo fungitur uice imperii, quo poterit, ſicut imperator poſſet. facit de fo. cō. ſed cle. de re iud. paſtoralis, ad fi. Si uerò proles genita fuit ex coitu matrimoniali, licet de facto tm̄ ꝯtcto, tunc diſtingue, q̄a matrimonium eſſe nō poterat impedīēte lege diuina, ut q̄a vxoratus cū ſecunda ꝯxit, uel ꝯxit cū nepte, uel his ſimilia. dico idem, quod. ſ. Si uerò matrimoniū eſſe non poterat impedīēte. l. canonica tm̄, ut quia ꝯxit cū cōſanguinea, vel affi. in quarto gradu, uel ꝯ publicam honeſtatē cū cōſanguinea ſponſæ, ſubdiſtingue, quia aut pa. utitur uerbo legitimationis, legitimans. ſ. matrimoniū, & prolē; & tunc quò ad utrunq; forū ſit proles legitima, cū impedimentum à l. can. inductū papa tollere potuerit, ut dixi in gl. ſm oēs, quod non poſſet imperator quò ad ſpiritualia, ut ibi dixi: aut ſimpliciter utitur uerbo diſpenſationis; & tūc ſolū ad illa prohibita admittetur in quibus eſt diſpenſatū, cū tales diſpenſationes ſint odioſæ, de fi. presby. c. 1. in fi. li. 6. licet ob. ſi dicas etiā in gradibus prohibitis. l. diuina papā ex cauſa diſpenſare poſſe, de reſti. ſpo. literas, in prin. ubi de hoc. nā licet approbet illa ut nunc, non ex tunc. ꝯtcta verò ꝯ. l. can. approbare poterit ut ex tunc omne dedi. nec mirū, ſi plus in his pōt, q̄ in illis. facit quod no. de of. dele. ex parte. 1. cū concor. & facit cle. de immu. ecc. quoniā. De prole uerò genita ex coniugio conſtituti in ſacris, uel profeſsi, uidetur, cum illud lex canonis dirimat, papa illam poſsit ligitimare, ut eſt dictū, niſi dicas, ꝙ ius naturale ex uoto impedit ꝯhere, licet ius canon. contractum dirimat. de hoc, ſupra de cle. coniu. cū olim, & dixi. ſ. qui cle. uel uo. rurſus, ſuper glo. 2. ¶ *In glo.ut puta ibi, mariti*) 7. q. 1. ſicut. ¶ *In glo. maximè, ibi. ſecundùm Io.*) & Hoſt. ¶ *In glo. dicebat, ibi, maxime*) cum concor. Hoſt. ¶ *In gl. ut ij. ibi, non ualet ſententia*) hodie dic ut in conci. Vien. de iudic. diſpendioſam.
31 ¶ *In glo.no.quòd, ibi, ipſe Deus*) quaſi † ſpes ſit bonum prolis, qua quis ſperat prolem ad Dei ſeruitiū informandam. unde dicebat Bam. proles. i. ſpes prolis procreādæ ad cultū dei. alii reſtringunt hoc ad matrimoniū Ioſeph, & Mariæ. ¶ *In glo. maxime, in fi.*) hoc ideò, quia poſt prohibitionē cohabitauit, & ſuſcepit prolem: aliàs uera eſſet proxima ſuperior glo. ut dixi in tex. poſt Hoſt. ¶ *In glo. de facto, ibi, imperio*) imò papæ, Inno.
32 & dicebat † Hoſt. ꝙ recognoſcere debet imperatorē dominum in temporalibus. 63. diſt. Adria. qui Dei vicarius eſt in temporalibus, ut patet in his, quæ no. ſ. eo. c. 2. Eſt tamen ſub pa. ut patet in his, quæ no. infra in uerſi. Paulus. nunq d ergo mortaliter peccant Franciæ, Angliæ, Hiſpani reges hanc ſubiectionem non recognoſcentes. 11. q. 3. qui reſiſtit. & nunquid hęc ſubiectio à ſubditis niſi forſan noīe Romanę eccleſiæ poteſt præſcribi, uide qđ le. & no. ſ. de præſcri. cum ex officii. forte quādiu exigatur utrunq;, poſſunt excuſare, ſicut no. in decima. ſ. de deci. cū homines, in fi. Hoſti. ¶ In glo. ff. de infa. 2. q. 7. nos ſi. ¶ *In glo.no.*
33 *quòd, in fi.*] dicit † Hoſt. ꝙ in tali caſu nullus hoc facere pōt niſi imperator alii ꝑiudicando, ut ĩ. no. is aūt, qui de iure id facere poſſet, & ſi faceret curialius abſtinendo, & ad papā recurrendo, ar. C. de pigno. l. 3. nō tamen cautius, ar. 7. q. 1. Pontifices. 13. q. 1. §. 2. uer. ad hæc callida, & ſe. ¶ *In glo. illos tantum, in fi.*] Hoſti. dicit
34 † hanc gl. eſſe contra tex. quo dicitur, Nos ſolum &c. & eſt ſi. quod dixi ſm eum, ſupra de teſti. in noſtra. ſed defendi poteſt glo. quia tex. loquitur de iuriſdictione temporali certis caſibus exercenda. ¶ *In glo. ſcilicet cum, ibi, licet*] & ibi no. caſus de hoc, quorum aliquos notauit hic Hoſtię. ¶ *In glo. ideſt* † *ibi, iudices*] qui
35 olim ſedebant in portis, iuxta illud pſal. Saluum me fac. Aduerſus me loquebantur, qui ſedebant in porta. Goff. quare iudices olim ſedebant in portis ciuitatum, vide in Hie. ſuper Zachariam. D. uocatur iudex porta: q̄a facilem aditum præſtare debet intrare uolentibus. ff. de offi. præ. obſeruandum, uel quia ſicut porta quandoque clauditur, quandoque aperitur, ſic iudex quandoque ceſſat, ſupra de ferriis. per totū quandoque ius reddit. ff. de iu. & iu. l. pe. quandoque loquitur, quandoque tacet, & audit. 44. di. ſic rector: uel ſicut porta reſtringit, ſic reprimit delinquentes, ff. de uſuf. æquiſsimum: uel portas ponit pro magiſtris, qui docent, & aperiunt ſcripruras, ſecundum Hoſti. ¶ *In glo. interpretatur, in fi.*] & infra de hære. ſtatutum, 2. lib. 6. ¶ *In glo. ipſe, in fi.*] & infra de elec. fundamenta, lib. 6. ¶ *In glo. ulti. in fi.*] & plenius in Specu. eo. ti. uer. quid de natis.

ANNOTATIONES.

a ¶ Promoueri. Intellige tamen in ciuilibus ſibi conceſſis, de quo in c. 1. de fi. presby. li. 6.

b ¶ Hæreditate. De hoc uidebis in glo. 2. & ſuper illa Io. And.

c ¶Proprii. In his ergo, quæ ſoli principi ſunt reſeruata, non eſt prorogabilis iuriſdictio alterius iudicis, qui aliàs habeat iuriſdictionem, ſed inferiorem, & de laico uide Bar. in l. 1. §. & poſt, ff. de noui ope. nun.

d ¶Generalis. De poteſtate, & præeminentia papæ dicitur ſuper laicos. uide Io. And. poſt Inno. de iudic. nouit, in glo. 2. & ſuper illa, & de fo. com. licet, in glo. hic eſt unus caſus, & Bart. in extrauaganti ad reprimendum, in princi. in gl. ſed quomodo, cum totus orbis.

e ¶Secundum. Quaſi legitimatio ſit uoluntariæ iuriſdictionis, quæ extra territorium exercetur, ut no. de offi. le. nouit, & eſt prorogabilior, contra contentioſa. C. de eman. li. l. 1.

f ¶Principaliter, ergo in terris imperii non poteſt, cum legitimando ad ſpiritualia in conſequentiam ueniunt temporalia; hoc innuit iſta opinio Io.

*SVMMARIVM.*

1 *Proles ex ſecunda uxore, uiuente prima ſuſcepta quando legitima. quando alio interueniente impedimento, nu. 5. 7. & 8.*
*De hæreditate agitur in foro eccleſiæ & quando.*
2 *Filius legitimus patri illegitimo ſuccedit. ex perſona patris ſpurij nil petere poteſt, nu. 3.*
*Linea deſcendens ſemper eſt omnibus præferenda, niſi quid obſit.*
3 *A ſpurio ortus petere non poteſt, quod pater non poterat.*
4 *Matrimonium in facie eccleſiæ quod dicatur contractum.*
*Ignorantia ex re occulta, uel remota.*
5 *Parentum alterius bona fides facit prolem legitimam; ſecus, ſi ambo ſciebant impedimentum, & quod, & nu. 8.*
*Decretalis cum inhibitio, in quo impedimento habeat locum.*
*Fauorabilis eſt conſtitutio inducta in animarum fauorem, ut conſtitutio, cum inhibitio.*
*Filij legitimi non ſuccedunt, niſi ſint & liberi, in fi.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 7.*
*Filius natus ex patre ſeruo, uel matre ſerua, qui putabantur liberi, cuius erit conditionis, & quando legitimus, & num. 8.*
*Dos reſtituitur mulieri, ſeparato matrimonio etiam ob errorem conditionis.*
8 *Additio gloſſarum.*
*Mulier poteſt eſſe tutrix, non procuratrix etiam pro filio.*

## CAPVT XIIII.

1 EX tenore. C. Si† coniugatus uiuente prima in facie eccleſiæ contrahit cum ſecunda ignorante, legitima, erit ipſorum proles. & ſunt duæ partes. in prima iudicum conſultatio. in ſecunda reſponſio, & eius ratio ibi, Intelligentes [*Hæreditatem*] hic ſpecialiter uidet agi de hæreditate, & ſic contra, ſupra eo. cauſam. 2. So. papa habet in Beneuento temporalem iuriſdictionē. ſi. ſupra de ap. ſi duobus, Gof. uel reus noluit hoc excipere ſm Vin. & dic. i. hę
2 reditatē debitam quondā. R. marito, filius† enim legitimus bene ſuccederet patri illegitimo [*Pupillo*] ex pſona ipſius. R. quatenus. ſ. ipſe ſi uiueret, petere poſſet. Nā linea deſcendens, niſi aliud obſit, ſemper eſt oībus pręferenda. C. de ſuis, & le. auct. in ſucceſſione Ho. [*Aduerſa*] forte patruus pupilli, ut ſ. e. lator [*Eius*]
3 uiduæ [*De adulterio*] & ſic cū eſſet† ſpurius, ſi uiueret, de hæreditate aui ſui, ſcilicet patris nil petere poſſet, & ſic nec filius ex ipſius perſona. ſic. ſ. eo. cauſam [*Pater*] auus pupilli, & de ipſius hæreditate agebatur [*In*
4 *facie eccleſiæ*] ſed qualiter † intelligitur matrimonium contrahi in facie eccleſiæ; dicunt quidā, ex quo fit publicè coadunatis amicis, & nemine excluſo; & ſic utuntur Lombardi, ſiue Italici, arg. C. de nup. ſi uicinis. imò ſm alios ſeruata ſolennitate bannorum, infra qui ma. accu. poſ. cap. fi. quod uerius credo, ſecūdum Inno. ut patet, ſupra de clande. deſponſa. cap. fi. Hoſti. [*Ignaram*] forte cum prima contraxerat clam, ſupra eo. per tuas. uel palam, tamen in terra remota, ſupra de eo, qui du. in matrimo. ueniens, & c. 1. in fi. Hoſt. [*Aliam*] primam forte matrem iſtius, à quo petebatur hæreditas. Ho. [*putarentur*] forte. n. poſtea fuit accuſatum matrimonium. & ſeparatū [*Prolis*] & ma-
5 trimonii, quamuis putatiui [*Legitimum*] ergo † bona fides alterius parentū facit prolem legitimam: ſecus, ſi ambo ſcirent impedimentū, ſupra de clan. deſpō. c. fi. uer. par. ex hoc intelligas de quolibet impedimēto canonico, cui tamen parentes renunciare nō poſſent. hoc dico, quia licet conditio ſeruilis ſit impedimentū perpetuū, Si tamen ſcientes hoc impedimentum contrahunt, erit matrimoniū, & filii erunt legitimi. Nā & ex poſtfacto eſſet hoc idem, ſupra de coniugio ſeruorū. c. 1. & 2. Quid ſi ambo parentes ſciūt impedimentum aliud ab iſto, ſed in facie eccleſiæ ꝯhunt, uel alter tantum ſcit hoc, uel aliud impedimētum, & clandeſtine ꝯhunt, demum matrimoniū ſeparatur; nunquid filii ſunt legitimi? dixit Goff. ꝙ ſic, ar. ff. ſo. ma. ſi cum dotē. §. fi. & quia proles fauorabilis eſt, ut hic, & quia decre. cum inhibitio, non facit, mentionem niſi de impedimento proximitatis, & hoc tenuit Vin. ſ. illā dec. locū ſolū habere in impedimēto graduum. ꝯrium puto, quia eadem rō eſt in quolibet impedimento canonico, ut ibi no. & quia ex quo concurrit canonicum impedimentum, proles non eſt fauorabilis, niſi matrimonium in facie eccleſiæ ſit contractū, ut hic, & ibi. Dic ergo, ꝙ ſunt illegitimi. illa enim conſtitutio & ſi uideatur odioſa, quia pœnalis, fauorabilis eſt: quia inducta in animarum fauorem, ideo ipſius pœna non eſt reſtringenda, ſed dilatanda, ut uitentur pericula, & in prole puniantur parentes mandatum eccleſiæ contemnētes. ff. quòd me. cauſa, iſti quidē. C. ſo. ma. l. 3. ſed nec filii legitimi ſemper ſuccedunt, niſi ſint liberi, quod
6 dic, ut no. ſupra eo. tanta. ¶ † Gl. 1. poſſet, reſpon. per ob. ¶ Vlt. glo. notat, & remittit, quærit, ſoluit, alle. in
7 contrarium. ¶ *In* † *glo. ulti, ibi. l. 3.*] ſi libera ignoranter contraxit cum ſeruo, ſeparato matrimonio propter errorē, filii ingenui nō ſunt, ſed ſpurii: mulier tamen dotē, & omne, quod ſibi uir dēt, recuperat [*& ibi. §. ulti.*] ſi mulier errans in conditionem contraxit cum ſeruo, quem putabat liberum, habet quaſi priuilegiū dotis in peculio uiri, ut præferatur aliis creditoribus, domino creditori non niſi in his, quæ in dotē
8 ſunt data, uel de dote comparata. ¶ *In* † *gl. 1. ibi, tutrix*] procuratrix. n. eſſe non poſſet etiam pro filio. ff. de procu. l. fœmines, Innocen. ¶ *In glo. ult. ibi, eſſet ſeruus*] in matre ſerua, quæ putaret libera, procederet quæſtio, in patre non. ſed ſecundum Io. & Vincen. quorum fuit hæc gl. uideretur procedere in ſeruo: quia propter errorem mulieris non fuit matrimonium. ſed licet lex. 3. C. ſo. ma. dicat illum ſpurium, fatetur tamen illum ingenuum. unde dico, quòd ſi in facie eccleſiæ libera ignorāter contrahit cum ſeruo, licet poſtea ſeparetur matrimonium propter errorem, ex quo contractum fuit ſeruata forma cōcilii, cum inhibitio, filius eſt liber, & legitimus. Si uero liber eadem forma ſeruata contrahit cum ſerua, licet propter errorem ſeparetur matrimonium, proles erit ſerua, non legitima. ¶ Idem in utroq; caſu cum ſciēter contrahitur, lex nō ob. quia ſecundum canones eſſe poteſt matrimoniū cū ſeruo, de coniu. ſer. ca. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *Proles legitima reputatur etiam ex coniunctis in 2. & 3. gradu, & quibus, iuncto contex. & quando.*
*Inter infideles etiam coniunctos. 2. uel 3. gradu contrahitur, matrimonium.*
*Matrimonium ſine affectu matrimonij non eſt.*

Ad

*Ad adulterij excuſationem, legimationem prolis hua attendantur.*
*Ob utilitatem publicam quædam tolerantur, ut hic, in fi.*
2 *Dictio ſemel poſita, ponitur propriè, & impropriè.*
3 *Epilogus, ſuffragium & additio gloßarum, nu. 4.*

## CAPVT XV.

GAudemus· Breue eſt, ſumma uel diuiſione non
1 indigẽs[*Secundo*]in † linea æquali[*Vlterio
ri*]idem in uxore fratris primortui ducta
ad ſuſcitandum ſemen, infra de diuor.c. fin.[*Affectu*]
quia nec aliter eſſet matrimonium, ſupra de condi.
appo.c.fi.ſed nec ſemper eſt matrimoniũ, puta quan
do repudiata contrahit, uel is, qui repudium miſit:
tamen, quia tali ritu utuntur, & opinio ipſorum eſt,
quòd matrimonium teneat, & quòd proles ipſorũ
ſit legitima, eccleſia etiam in hoc ipſorum opinionẽ
ſequitur quò ad ea, quæ præceſſerunt conuerſionẽ,
& in hoc caſu potiſsime locum ſuum uendicat mẽs
huius litteræ, & pro hoc faciunt uerba, opinionem,
& affectũ, ueritas ſe licet habeat in ꝯriũ.Nã inter chri
ſtianos talia attenduntur quò ad excuſationẽ adul-
terii, & legitimationem prolis, ut ſupra c.prox. & pa
tet ſupra eo.per tuas.Ho.[*Poſt fidem*]i.conuerſionem
quia baptizati ſunt. unde & fidem recepiſſe præſu-
muntur.Hoſt.[*Publica*]quia citius conuertentur, nec
à filiis, uel uxoribus, nec ipſorum occaſione ſic de
facili retrahentur, infra de diuor.gaudemus.Ho.[*Vo
lumus*]de æquirate, & gratia, in primo caſu, quem po
nit gloſſ.in ſecundo ponit ius ſecundum Hoſt. quaſi
2 uelle debemus, & ſic † dictio ſemel poſita, ponitur
propriè & impropriè, ſic ſupra de reſcrip.capitulum
3 ſecundùm Hoſti.¶ † Glo.2.quærit, & ſoluit, & duas
lec.ponit.¶[*In gl.2.ibi, qui in prouincia*] aliàs diuus. uide
de eo, qui duxit, cum haberet, ſuper gloſſ.quandoq:
4 ¶[*In gl.2.ibi, legitimi*]ſecundùm Vincẽ.& pro hoc facit
littera, ſecundùm opinionem.

### *SVMMARIVM.*

1 *Continuatio tituli*
2 *Matrimonium accuſare quibus liceat, uel contra illud teſtificari, alia iuris loca præter hunc titulum eſtendit, nu. 3. 4. & .6.*
3 *In eius accuſatione qui præferantur, & qualiter procedatur, nu. item idem poteſt eſſe accuſator & teſtis, nu. 6. ſed non ſemper ibid.*
*Præferantur qui cæteais.*
3 *Accuſatio parificatur teſtimonio.*
4 *Accuſator etiam teſtis hic poteſt eſſe, & quando.*

## Qui matrimonium accuſare poſſunt, vel contra illud teſtificari. Rub.

1 Viſo† de matrimoniis, & ipſorũ impedimẽtis, bene
eſt, ut dicimꝰ de ipſorũ ſeparationibus, uel diuortiis.
& quia ſolẽt & dẽnt fieri regulariter accuſatione prę
miſſa, & probatione rite facta, ideò præmittit Rubri
cã, Qui matrimo.accu.&c.ſecundum Gofr.& Hoſt.
uel ſic ſecundùm Hoſt. quia regulariter proles ſuſce
pta ex legitimo matrimonio legitima eſt, Ex illegiti
mo uerò illegitima, uideamus, quomodo matrimo
nium, quod legitimum creditur, quandoq; illegiti-
mũ declaratur. ut ſic proles interim ſuſcepta de qua,
ſupra tit.prox.uidimus, reputari debeat legitima, co
2 gnoſcatur.habetur † hæc materia.35.q. 6.per totum.
conuenit, de teſt.quoties, &.c.ſicut, &.ca.ſuper e.2.in
litteris, ſeries, ex tenore, cum in tua, licet ex quadam,
& de teſti.co.c.1.&.ca.cæterum, &.c.præterea.de eo,
qui co.con.de illo.Dicebat autem Inn.ſuper hac ru-
3 brica, quòd † quilibet accuſare poterat matrimoniũ
ad plenum diuortium, non tamen quò ad torũ, ubi
non admittitur uiſi maritus, dicebat Guil. eo.titu.in
prin.quòd ad accuſationem impedimenti matrimo
nii, quod prouenit ſolum ex defectu, non ex pecca-
to, ut frigiditatis, arctationis, uẽl maleficii, nõ admit
tuntur niſi coniuges, idem in impedimento erroris
ſecundum eum. Sed & in primo caſu ſecundũ Inn.
qui ſunt de conſanguinitate coniugum, præferũtur
extraneis ut plurimum, hoc placet, ſed quòd conſan
guineis tacentibus non admittãtur extranei, hoc di-
ſplicet, ut ſcripſi in ſpe.e.tit.ſuper uerſic.repellitur er-
go, ſed & inter extraneos præferuntur antiquiores
& maturiores uicini.35.q.6.c.1.&.2.&.infra eo. uide
tur.Item tam maritus, quàm uxor accuſare poſſunt
4 infra eo.inſuper.Omnes † autem, qui repelluntur ab
accuſatione, uel qui ad eam admittuntur, & à teſti-
monio repelluntur.& ad illud admittuntur, dũmo-
do ſint aliter idonei ad teſtimonium reddẽdum. Itẽ
5 no.quòd ſi fiat† accuſatio ſuper fœdere matrimonii
puta quia dicatur, eſſe inter coniuges conſanguini-
tas, uel aliud impedimentum, proceditur li. non cõ-
te.ſecus, ſi propter adulterium agatur ad tori ſepara-
tionem, ſupra, ut li. non conte.c.1.&. c. quoniam.§.
6 porrò. Itẽ in † cauſa matrimoniali idem poteſt eſſe
accuſator, & teſtis.35.q.6.ſi duo, &.c.epiſcopus, in ſy
nodo, &.cap.de parentela, ſupra de teſti.co.præter ea
omnino uide, quod ſcripſi in ſpe. eo.tit.ſuper uerſic.
in cauſa, & hoc uerum, ubi quæritur de conſangui-
nitate coniugum.ut ibi, & melius; ſupra de conſan.
& af.cap.1.ſupra de ſpon. cum in tua, nam tunc etiã
conſanguineus, & mater poteſt eſſe accuſator, & te-
ſtis, infra eo.uidetur.ſupra de teſti.ſuper eo.in fin.ſed
ſi non quæreretur de conſanguinitate, ſed de alio
impedimento, ſcilicet an contraxiſſet cum ea, tunc
licet communiter ſint admittendi pater, & mater ad
accuſationem, & teſtimonium, tamen in hoc caſu
ſi propter potentiam alterius coniugum habetur ſu
ſpectum teſtimonium, repellentur à teſtimonio, ſed
non ab accuſatione, ſupra de teſti.ſuper eo, in princ.
& idem uidetur, ſi dicitur primò cum alio contra-
xiſſe, uel uotũ emiſiſſe, uel de ſpirituali cognatione
Nam in his ſi ſuſpectum ſit alicuius teſtimonium, re
pellam illum, arg.prædi.decr.ſuper eo.In conſangui
nitate autem eſt ſpeciale, quòd nunquam debet ha-
beri ſuſpectum teſtimonium alicuius cõſanguineo-
rum.Inn.in hoc ultimo.Hoſt·contra, infra e.uidetur
ut ibi dicam.

### *SVMMARIVM.*

1 *Cũ de matrimonij fœdere agitur reo abſẽte cõtumaciter, poſſunt recipi teſtes, & qui, & ferri ſententia, & quando, nu. 4.*
2 *In matrimonio contrahendo poteſt apponi, & ſeruari debet pactum de habitando cum ſponsa in certo loco, niſi noui quid accidat.*
*Nouus casus frangit partum.*
3 *Cum fratre ſpirituali contractum matrimonium ſeparatur.*
*Ad domum denuntiatio non fit, ſi ſcitur, ubi ſit citandus.*
4 *Amici, & affines monendi ſunt.*
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 6.*
*Numerus teſtium ubi non adijcitur, duo ſufficiunt.*
*Pluralis locutio duorum numero contenta.*
*Suppletio gloßarum, & nu. 8.*
*Aut, pro & .§.2.*
8 *Laigo canonicus Bononien. decetorum doctor citatur.*
*Lite non conteſtata in cauſa matrimoniali quando procedi poſſit.*
*Bernardi gloſſatoris additiones allegantur.*

CA-

## CAPVT I.

1 RElatum. C.Cum † agitur de fœdere matrimonii reo abſente contumaciter, poſſunt ſuper impedimento matrimonii recipi teſtes, dummodo legitimi,& ad dicta illorum ferri ſententia,& ſunt duæ partes.in.1.conſultatio.in.2.reſpon.ibi,cæterum[*Permanſit*]& ſic cõſumatum præſumitur,ſupra de ſpon.ad id, quod [*Exiuit*]
2 quid ſi pactum fiat † in matrimonio, quòd ſponſus ſemper debeat trahere moram cum ſponſa in certo
a loco,& in certa domo? ſeruãdum [a] eſt pactum: quia in traditione cuiuſq; rei põteſt apponi pactum. C. de pac. con. l. 1. multo fortius in traditione mulieris.& uide,quod ſuper hoc not. ſupra de ſpon. Gemma.& hoc uerum, niſi nouus caſus emergeat, propter quem oporteat à pacto recedi, ut per hoc.c.poteſt poni,exemplum,& ar.ſupra de excep.paſtoralis ff.pro ſocio,ſi conuenerit. & duabus.l.ſeq.& de hoc plenius in ſum.de coniu.ſeruo.§.& an cõſenſus,uer. ult.[*Dicitur*]ex parte mulieris,quæ petit matrimoniũ
3 ſeparari.pe.& Abb.[*Leuauit*] & ſic eſt frater † ſpiritualis ſponſæ,propter quod eſt matrimonium ſeparandum,ut ſupra de co.ſpi.per totum [*Quæſitus*] forte ẽt denunciatione facta in eccleſia,ſupra de clan.deſpõ, c. fi.Hoſ.[*Inueniri*]ubi inueniri poteſt,quia ſcitur, ubi eſt,non mittitur denunciatio ad domum, Vincen.argue ad hoc decre.de cle.nõ reſi.ex tuæ[*Quinquennium*] de hoc ſupra de ſpon.in præſentia[*Et infra*]quæris.an poſſis teſtes recipere,& ſententiam ferre.Pe.& Abb.
4 [*Appareant*]ſup.audiendi † ſunt, non tamen & admittendi ſunt ad dicta teſtiũ audienda, nec recipiẽda ante, quam iuuenis fuerit requiſitus, & huic ſubauditui continuatur,quod ſequitur,ſed poſtquam iuuenis &c.Ho.[*Fuerit*]i.fuit,ut præcedit. uel ideò hoc dicit:quia amici,& affines monendi ſunt ſecũdum ea, quæ no.ſupra ti.1.perlatum,quod forte adhuc factũ non erat niſi ſemel,& ideò ſequitur cum indulgẽtia quia circa maiora periculum uertitur.de hoc ſupra
5 de con.& af.c.1.de ſpon.cum in tua.¶ Glo.1.quærit, & ſoluit.¶Gl.2.etiam quærit,& ſoluit. ¶ Vltim.glo. ſignat contrarium, & ſoluit.ſolutioni obiicit, & re-
6 ſpon.opinionem ponit,& inducit ſimile. ¶ † *In gl.1. ibi,inter illam in fi.*]uide hanc & ſequ.de cenſi. c.pen.in ũ.glo.[*& ibi,ubi numerus*]ſequitur,teſtium non adiicitur,duo ſufficiunt,pluralis enim locutio &c. ¶*In glo. 2.ibi,ex prouincia*]uide de ſpon.de illis,ſuper.1.glo.¶*In gl.ult.ibi,ſi quis*]uide de hære.excõicamus,ſuper.1.glo.
7 ar.quod.¶*In* † *gl.1.ibi de quot annis*]non uideo,quare ſe in hoc glo.fatigat[*& in fi.*]de regu.iur. pluralis, lib.6. ¶*In gl.2.ibi,unaqueque*]ubi de hoc, & tenet hic Gofre. quod ibi Io.& ad id all.Ho.de uoto, quod ſuper.§.fi.
a &.c.ſe.§.quod aut[*& ibi,poteſt dici*] ſecundum [a] Laur. ¶*In glo.ita quod,ibi,aut*)niſi ponatur,aut, p,&.ff. de uerbo,ſig.ſæpe.uix. n. aut nunquam poſſet eſſe notoriũ
b [b] hoc impedimentum.Ho.¶*In gl.ult.ibi,& inueniri*]dixit Tãc.quòd iſte impediebat, ne ad eum poſſet peruenire citatio [ *& ibi.ſi quis ſuo*] & infra de re.iur.non debet aliquis,lib.6.[*& in fi.*] uel ibi etiam proceditur
8 contra contumacẽ,ſcire † debes,quòd.d.Laigo cañ. Bon.decretorum doctor,qui paulo ante, quam inciperem audire iura,deceſſerat,dixerat,quòd hic deficiebat additio Bernardi ſatis longa:ſed hæc intẽdit, quòd iura,quæ dicuntur,quòd lit.non conte.in cauſa matrimoniali proceditur contra cõtumacem ad teſtium receptionem,& ad diffinitiuam, locum habent,cum conſtat de contractu, ſed allegatur impedimentum,per quod petitur diuortium,& ſic loquatur hic,& ut li.non conte.quoniam.§.porro, & ſup. ti.1.perlatum. Si uerò de matrimonio non conſtat, & is,qui in coniugem petitur,negat contractũ,non procederetur hoc caſu propter cõtumaciam rei ad teſtium receptionem,uel diffinitiuam, & ſic loquatur,ut li.non conteſt.tuæ. ad contextum non poſui: quia conſtat,quòd nõ fuit Ber.cuius additiones originales ſuas omnes uidi. Item quia in parte ſecunda continet falſum,cum.§.porrò.generaliter loquatur quando de fœdere matrimonii,uel maritali copula agitur,& ratio ibi,reddita etiam eo caſu urget.Item hodie etiam parte non contumace ommittitur conteſtatio per cle. de uerb.ſi. ſæpe.

### ANNOTATIONES.

a ¶Seruandum.Vide Cy.in.l.fi.C. de ce. bo.in.l.ob æs. C.de ac.& obli.&.l.obſides.ff.de teſta. & de iureiur. ex reſcripto.

b Secundum.Vide Io.An.in ſpe.de do.poſt diuor.re.§.ii.uer.quid ſi uir,& per Cy.& doc. in l.1.C. de uxo.mili.

c ¶Notandum.Probat autem hoc. ca. quòd in notorio requiritur partis citatio,de quo uide Io.An.de ele. bonæ, in gloſſ. de fil. presby. & ſuper gl,& ita,& pet ipſum in auctẽn. de coha.cle. & mu.de iureiurando,ad noſtram,el.3.& de re iu. cum olim, & per moder.in cle.paſtoralis,de re iudi.

### *SVMMARIVM.*

1 *Accuſatio,& teſtimonium in cauſa matrimoniali fieri, præſentialiter debent nu.2.quid & in alijs faciendum,ibid.*

*Accuſatio pro denuntiatione hic. non habet locum in matrimonio contrahendo.*

*Denuntiatio quare fiat, & qualiter, & ubi habeat locum.*

*Adminicula legitima quæ hic intelligãtur,addictio,legitima,& num.6.*

4 *Epilogus,& ſuffragium,& additio gloſſarum,nu.4.5.& 6.*

## CAPVT II.

1 A Nobis. C.Accuſatio † & teſtimonium in cauſa matrimoniali pœnitentialiter, & non per litteras fieri debent. & in prima parte ponitur quæſtio.in ſecunda reſponſio ibi ad hoc[*Accuſatione*] proprius dicitur denuntiatio, quam accuſatio: quia ad hoc debet dirigi accuſantis intentio, ut ceſſent à peccato,nec aliter intereſt eius. & melius eſt, quòd fiat in ſcriptis, ſupra de reſtit.in inte ex litteris.in fin. præſtatur autem iuramentum de ueritate dicenda. in matrimonio autem contrahendo non habet locum accuſatio,ſed denunciatio,ſupra de deſpõ.imp.
2 ad diſſoluendum.Inno.[*Voce propria*]quamuis † iurati,ſed ſolum dictum ſuum in ſcriptis porrigũt,quod non ſufficit:imò requiritur, quòd præſens præſentẽ accuſet.2.qu.8.per totum,&.3.qu.9.per totum,ſic & præſentia teſtis requiritur,ſupra de coha. cle. tua.C. de fi.inſtru.apud eloquentiſſimum: quia iudex habet conſiderare uocem teſtis, & mentis trepidationem.ff.de quæſtio.de minore.§.2.& ideo mandatur iudici, quòd præſentialiter ipſum teſtem examinet, de conſan.c.1.& ſi alius,quàm iudex cauſę teſtem recipit,debet certificare illum,cui dictum teſtis remittit,quantam fidem ei debeat adhibere, ſupra de reſt. in int.conſtitutus,in fi.de quo dic ut no.in ſum.de teſti.§. ſuper quibus,uerſicu.ſed quid ſi teſtes, & ſequẽ
3 tibus.uel dic[*uoce propria*] i.non † iurati, quia non teſtimoniis &c. & in talibus iurandum eſt, ut dicitur ſupra de teſt. quot. Hoſt.(*Solam*) ſine examinatione, uel ſine iuramento, ut præmiſſum eſt, ad idem, de ſpon.præterea.2(*Legitima*)ſcilicet iuramentum præſtitum,& examinatio cum diligentia facta,conueniẽs numerus teſtium.3.q. 9.teſtes,ſupra de teſti. quot.& cap.in litteris,&.c.licet ex quadam, ſupra de conſan.

&

4 & affi.tua.Hoſtien.¶Gl. 1.ponit duas lect.¶Gl.2.no.
5 præſumptionem nõ probare &c.¶*In* † *gl.2.ibi.§.item*
*diuus*]uide de offi.dele.ſuper quæſtionum, ſuper glo.
6 niſi cauſa.¶*In*†*gl.2.ibi,ſuffragia*]forte fama,ſecundum
Ala.& Vin.qui allegant eadem iura.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſanguinei, & parentes teſtificari poſſunt in cauſa matrimonia*
*li,et quo caſu,num. 7.præſumuntur melius ſcire proximitate,*
*num.6.*
*Facti horum nomine qui contineantur ſpecies, uerſi.& potes.*
*Quia pro quòd.*
2 *De auditu auditus teſtimonium in quibus ualeat.*
*Tabellio in numero teſtium eſt præ cæteris admittendus.*
*Factum pro præſumptione facti ponitur,ad dicti.ſciunt.*
*Emancipatus filius poteſt uxorem ducere ſine conſenſu patris*
3 *Pater non recipitur teſtis in cauſa filij,nec contra,præterquam in*
*caſibus,& quibus.*
*Matrimonium eſt contractus; & quæ ſint eius ſpecialia,remittit,*
*num.4.*
*Quando ſit locus huic decretali.*
*Conſanguineos diſiungi fauorabile eſt.*
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
*In adulterij accuſatione præfertur maritus.*
*Patri tunc tempora non currunt.*
*Nuptiæ conſiſtere quando non poſſunt,in fin.nu.2.in fi.*
*In ambiguis pro dotibus reſpondendum,ibid.& pro matrimonio*
*ſtandum,nu.7.in fi.*
7 *Additio gloſſarum,*

## CAPVT. III.

1 VIdetur. Ca. In † cauſa matrimonia-
li ſuper conſanguitate,& cõ
tractu teſtificari poſſunt cõſanguinei , &
parẽtes.& tria facit.i.ponit dictum.2.ibi,
Ideo,ipſius rõnes.3.ibi,Quia uerò,ſoluit quoddã cõ
trarium.& potes ſic incipere caſum.Petebã quandã
in uxorẽ,ad probandum contractum contractũ in-
ducebam parentes meos,ipſa ad probandam cõſan-
guinitatem inducebat ſuos,quęrebatur,an eſſent ad
mittendi (*Quod*) aliàs,quia.& tunc expone pro ꝙ.ſic.
3.q.5.quia ſuſpecti (*Parentes*) i.pater, & mater, & ſu-
periores,ut auus,& proauus. Pe.& Ab.infra de uer.
ſi.nam & rex[*Sexus*]i.tam mares,quam fœminæ,uel.
i.tam ſponſi,quam ſponſæ[*Dirimendum*]propter con-
ſanguinitatẽ, uel qa aliud matrimoniũ prius contra
xerat.Inn.[*Conſuetudine*]q.d.hoc ius eſt conſue. appro
batũ nõ deſuetudine abrogatũ.4.di.§.leges.Ho.[*Ap-*
*probatur*]qa aut de cõſanguinitate agitur,aut de ꝯctu,
ſi de parẽtela ideò &c.Si de ꝯctu,qui melius &c.[*Reci*
2 *tatione*]& in talibus † ualet teſtimoniũ de audituaudi
ditus,ſupra de conſang.tua, de teſti.licet ex quadam
Ho.[*Melius*]& ideò tabellio in numero teſtiũ eſt præ
cæteris admittendus.ff.de teſt. dominus. Ho.[*Sciunt*]
i.ſcire præſumuntur[*Nullum*]hoc non habet locum
in filio emancipato.ff. de ritu nup.filius emancipatꝰ.
3 Ho.[*Filij*]fallit † in teſtamento,de hoc.2.q.4.§.1.qui-
dam alii caſus no.in ſpe.de teſte.§.1.poſt prin, ubi ſa-
tis de hoc[*Contractibus*]aliis.nam & matrimoniũe on
tractus eſt,ut ſupra de condi. appo. ſuper eo.Hoſtiẽ.
4 (*Prærogatiua*)no.hic Hoſ.quædam † ſpecialia in matri
moniis,quæ uideas ſupra ut li.non con.capi.1.ſuper
gl.5.(*Fauoeabilis*)per hoc loqui uidetur ſolum,cũ agi-
tur de matrimonio coniugendo,uel reſpicit utrũq;,
quia fauorabile eſt conſanguineos diſiungi.Vincen.
5 ¶1.2.4.pe.gl.tractant uacillando,an ad probandum
6 contractum parentes admittãtur.¶*In* † *gl.2 ibi,de tute*
*la*)auunculus,qui tutor eſt, non præſumitur ignora
re minoris ætatem tam ex officio tutelæ, quàm ex
proximitate ſanguinis[*& ibi,ſi filium*]uide de acc.nul
li,ſuper 2.gl.[*& ibi,etiam*]uide de proba,per tuas, ſup
gl.2.[*& ibi,ſi maritus* ]maritus in accuſatione adulte-
rii præfertur patri mulieris.& tunc patri non currũt
tempora.¶*In gl.30.ibi.l,2.*)quæ ſic dicit, Nuptiæ con-
ſiſtere non poſſunt, niſi omnes conſentiant, & qui
coeunt,& in quorum poteſtate ſunt. ¶ *In gl.ult.ibi,in*
*ambiguis*)infra ſequitur, per dotibus reſpondere me-
7 lius eſt.¶*In* † *gl.1.in fi.*)imò dum dicitur infra,& quo
rum eſt intereſſe,ita &c.¶*In gl.2.ibi,canonibus*)ſumitur
enim lex pro canone,pro conſuetudine, per regula
pro ratione,vt no.1.quæſt.1.uentum, ad fi.(*& in fi.*)
&.l.1,§.fi.¶*In gl.ex hoc in fi.*)de hoc.3.q.5.in fi.ſummę
&.14.q.2.in ſum.dicebat Ho. aut ſponſus filiæ nobi-
lior,& ditior eſt ipſa filia,& tũc ſiue quæratur de cõ-
tractu, ſiue de conſanguinitate, ſuſpectum eſt teſti-
monium matris, nam & in gradibus computandis
deierare poſſet ponendo primum gradum pro ſecũ
do,ut ſponſus cum filia remaneret, ſupra de teſti. ſe-
ries.ſi eſt inferior, tunc in utroq; caſu admittitur.ſi
eſt par,arbitrarium,ut tamen iudex attendat,utrum
mater & filia affectent multum matrimonium, &
tunc repellat:uel eis diſpliceat, & tunc ueritatem di-
cere cogat,uel indifferenter ſe habeant,& tunc attẽ-
ta & conſiderata qualitate perſonarum, & dictorũ,
& uultus mutatione,ac mentis trepidatione admit-
tat,uel repellat,ut patet in his,quæ no.de deſpon.im
pu.atteſtationes, & de teſti. in noſtra. Item & de ca-
lumnia caueant,infra eo.ſignificante. ſed caueat,ꝙ
ſemper in dubio ſtet pro matrimonio, ut innuit
mens uerborum ſequentium

*SVMMARIVM.*

1 *Inuita deſponſata contra matrimonium quando audiatur. nume.*
*2.& 4.*
*Reclamatio contra idem quando & ubi faciendũ, & nume. 2.*
*& 4.*
*Epiſcopus hic ſuo officiali, & alijs æquiparatur.*
*Iudex ordinarius ſi deficiat ad extraordinarios,& quos recurren*
*dum.*
3 *Pubertas per numerum annorum probatur.*
*Popillo non currit præſcriptio,& ſi currat,reſtituitur, excipitur*
*in cauſa nuptiarum,ut hic.*
*Lex & ſi dura uideatur,ſeruanda,& ratio,in fin.*
4 *Matrimonium ex quibus præſumatur,ſeu ratificetur.*
4 *Epilogus,ſuffragium,& additio gloſſarum, nu. 5. & 6.*
*Pro facto accipitur aliquando,quod eſſe poteſt,iuncta glo.*

## CAPVT IIII.

1 INſuper. C. Inuita † deſponſata
prius ea ſponte cognita
contra matrimonium non auditur.& in
prima parte ponitur conſultatio, in ſecũ-
da ibi,in hoc itaq;,reſponſio[*Contraxit*] & eam tradu
xit,ut patet per ſequentia[ *Cognita*] ſine coactione a-
liàs ſecus.Inno. quod dic,ut not. ſupra de ſpon.cum
locum,&.c.ſe.& de deſpon.imp. continebatur Hoſt.
[*Proclamauit*]poſt fi.12.anni ſatis, cum iam fuiſſet plu
2 ries cognita,ut prædixit[*Sentimus*]ergo† & nos ita ſẽ-
tire oportet ſupra de re.iu.in cauſis,infra de hære. ad
abolendam,fatuum eſt ergo contra hanc decr.gloſ-
ſare,quod tamen quidam præſumpſerunt, ut inf.di-
cam.Hoſt.(*Matrimonium*)pro eo,quòd metus in ſpõ-
ſalibus interuenit. Si enim aliud impedimentũ pro-
poneret,audiretur(*Attingẽs*)ſcilicet quò ad ſui cõple
mentum, tunc enim reclamandum eſt per tres dies
ante,uel poſt.de hoc ſupra de deſpon. impu.atteſta-
tiones ſecundùm Hoſtien.(*Reclamauit*)ſcilicet coram
epiſcopo

epiſcopo,ſupra de deſpon.impu.duo,&c.ca.de illis,& c.continebatur,uel coram eius officiali,ſupra de frigi.cap.1.& ſi non poteſt habere illorum copiam,recurrat ad presbyterum, & tandem ad uicinos bonæ famæ, ar.in his,quæ no.de fri.laudabilem,ut tamen quam cito poterit,coram epiſcopo ueniat, etiam ei publicet,ar.ſupra de ap.ſi iuſtus, infra de ſen.excom. decætero,in fi.ſecuudum Hoſt.[*Anno*]completo, &
3 dicit † Hoſti.hunc text.expreſsè contra illos eſſe,qui dicunt, quòd per numerum annorum non probatus pubertas,de hoc ſupra de deſpon.impu. c. 2.&.3. ſed contra hunc tex.opponitur.certum eſt,quod nõ currit præſcriptio ei,qui negligens non eſt, & cui nil poteſt imputari. Pupillus autem habet iuſtã cauſam ignorandi ætatem ſuam,ignorat enim quid uideat. C.de fal.mo.l.1.ad fi.ff.de arbi.diem proferre.§.corã nec debet ſapientum iura tractare.C.de teſtamento mi.l.fi.ſed nec illi currit temporalis præſcriptio, imò ipſo iure ſeruatur illæſus;& in illis, quæ ſibi currunt, reſtituitur,C.in qui.cau.in inte.reſti.non eſt neceſſa. ſancimus.ſed & ſemper debet eſſe iuſta ignorãtia excuſata,infra de cle.ex.mi.apoſtolicæ,& infra c.fi.nec tenetur ſcire iura.ff. de proba. cum de indebito.§.1. & infra c.1.Quare ergo non auditur puella,licet circa.12.an.non reclamauit? Reſpõ. ſpeciale eſt in hoc caſu matrimoniali propter uitanda pericula animarum,ar.ſupra ut li.non conte.c.fi.§.1. & in fauorem matrimonii,ſupra e.uidetur.§.fi.ſicut & illud, quòd tales facti puberes habent perſonam ſtandi in iudicio etiam per procuratorem,de reſt.ſpo.ex parte.qđ dic.ut de iudi.c.fi.li. 6. nec currit præſcriptio pupillis niſi demum factis puberibus,uel circa, ut hic patet, & ſupra de deſpon.impu.de illis. 1. &.2. quando iam ſunt pluſquam doli capaces,quibus etiam delictum imputatur,infra de delic.pue.c.1.& ſic non ob.l.ſuperius inductæ,quæ loquuntur in pupillis, maximè nõ doli capacibus.poſſunt etiam tales certificari de annis audiendo à parentibus, qui conſueuerunt ſæpè hoc referre, Tali die complebit filius tot annos.22. q.5.hoc uidetur.tamen conſiderata ueritate hoc eſt ſpeciale,quòd talibus potius parentum,quam ſua taciturnitas imputatur.Parẽtes enim melius ſcire poſſunt metam annorum ſuorum,quã ipſi,prouideant ergo eis,ſi uident ipſos diſſentire, ſicut ſæpe faciunt, ducendo eos coram epiſcopo dicendo, Domine talis filia mea,uel conſanguinea uenit coram uobis,& reclamat contra ſponſalia, quæ contraxerat cum tali,nec poſſum eã inducere, quòd uelit in ipſum matrimonialiter conſentire,finaliter ſi dicas, quòd hæc iura iniuſta,& quàm dura ſint, Reſpondere poſſum tamen reipublicè expedientia,uel ad minus ſic ſcripta.unde & ſic oportet illa ſeruari.ff. qui & à quibus ma.proſpexit.6.q.3.ſcriptum Ho.[*Accedente*]ſup.non
4 † reclamauit,quod potuit, ut præcedit ſed ipſum traducta compleuit tribus diebus poſt completionem elapſis,quare contradicere non potuit:imò fuit præſumptum matrimonium,etiam ſi cognita non fuiſſet, quod dic, ut ſupra de deſpon.impu.de illis, infra uide,quod dixi,eo.ti.capit.ult. ſuper uerſic.nubilis. multo minus poteſt contradicere,ex quo ſemel etiã copulę conſenſit. Præſumitur autem conſenſiſſe,ex quo circa carnis copulam uiolentia non allegatur, quod dic,ut ſupra de ſpon. is, qui fidem.ſecus ergo,ſi fuiſſet inuita cognita,ut ibi no.& proba.16.qu.3.prima,in fi.&. 1.q.1.conſtat,Hoſt.[*Ratihabitione*]præſumpta ex duobus ſcilicet ex lapſu temporis,& carnis copula,ſic ſupra de ſpon.ad id quod,de regula.cum uirum licet unum per ſe ſufficeret,ut ſupra not. Hoſti.
5 ¶ † Vlt.glo.arguit,quòd ratihabitio &c.¶ *In gl.pe.ibi*
6 *minorem* uide de ſpon.ad id quod,ſuper gl.2.¶ *In* † *fi.*1. *gl.*]ad idem de con.di.3.peruenit. & iuxta uulgarem modum loquẽdi,quem habent boni ſeruientes,qui dominis aliquid præcipientibus. Reſpondent, factũ eſt.ſi.ff.de regu.iur. qui actionem habet.tamen hoc probatum non releuaret. & ideò nec probandũ eſt, ſupra de offi.dele.cum contingat,Ho.¶ *In gl.ult.in fi.*] de hoc tractauit hic Gof.quod uide plenius de regu. iur.ratihabitionem,lib.6.

*SVMMARIVM.*

1 *Accuſans propter quæſtum,præſertim matrimonium repellitur, & peccat num.2.& ex officio num.4.& qua alia de cauſa repellatur,nu.4.*

2 *Lucro præferre debemus maritalem concordiam.*

*Calumnia,et corruptio ut probetur,& nu.3.& quando calumnia præſumatur,nu.3.*

3 *Doloſus,uel calumnioſus nemo præſumitur, & qui potiſſimum.*

4 *Denunciatio debet eſſe ſine crimine.*

*Matrimonium non accuſatur niſi ab uxore, à cæteris denuntiatur.*

*Animæ periculum ubi uertitur officium ſuum debet iudex interponere etiam non petente,& inuita parte, ut in fi.*

6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, & nu.9.*

*Doli ſui quis præmium ferre non permittendus.*

7 *Suppletio gloſſarum.*

*Nocumentum alterius ubi eſt,& utilitas tua eſt, non repelleris, ſecus,ſi tibi nihil conducat,& ſupra nu.6.*

*Quæſtus turpis quando præſumatur accuſatoris. §.1.*

*In matrimonij contractu an gratia conferatur,remittit, uer.moderni.*

## CAPVT V.

1 Significante. Ca. Repellitur † accuſans matrimonium propter quæſtum, & in prima parte ponitur facti narratio.in ſecũda cauſæ commiſsio.2.ibi, Cum igitur.dicebat Hoſt. ad extorquendam pecuniam, ut patet ex facto, calumuioſa accuſatio,calumnię probatio,ſeu euidens præſumptio,calumniatoris repulſio[*Ipſius*] mulieris,uidens forte maritum multum accenſum in ipſius amore,ſecundum Hoſt.[*Extorqueret*]licet in hoc
2 mater † grauiter peccet,ſi tamen filia eſſet conſentiens,magis diceretur peccare:quia temporali lucro præferre debuit maritalem concordiam.C.de inſtit. & ſubſtit.reprehendenda. C. de condi.inſer.l. 2. ff.de inof.teſt.l.filia,ſupra de iureiur. Quintauallis[*Opera*] quia forte publicatis teſtibus apparet nil probatum uel falſi teſtes, quos inducebat, reuelauerunt hanc iniquitatem ante teſtimonium poſtea enim nõ crederetur eis,ſupra de teſti. ſicut[*Pecuniam*]quod forte
3 fecit tractare per aliquem mediatorem, quod forte poteſt probari ad hoc.ff.de proxene.l.2.&.3.unde & ſequitur, ſi eſt ita.Hoſtiẽ.[*Si eſt iſta*]ſcilicet quod calumnioſè mouerit hanc accuſationem,ſed quomodo conſtabit, de hoc, cum nemo præſumatur doloſus, uel calumnioſus, ff.de proba. quoti.§.qui dolo.ſupra de præſump. c. fi.& mater minus,quàm extraneus,unde & eſt cæteris præferenda,& ſic eſt contra,ſupra eo. uidetur. So.dic, quòd hoc probabitur per teſtes,cum quibus tractatũ habuit, & quos corrumpere conabatur, uel per mediatores, per quos pecuniam poſtulabat, ut dictum eſt ſupra, uel quia publicatis atteſtationibus, per quas nil probauerat,uult alios producere teſtes, ſed non audietur,qa
a præſumitur calumnia a contra ipſam,ar.ſupra de dolo,finem,infra de pœnis,calumniam.Hoſt.[*Ab accuſa*
4 *tione*]forte † generale eſt,ut nullus admittatur ad accuſatio-

tionibus ,per quas nihil approbauerat, vult alios ꝓducere teſtes: ſed non audietur: quia præſumitur ca-
a lumnia ª contra ipſam, ar. ſupra de dolo, finem, inf. de pęnis. calumnia. Hoſt. [*Ab accuſatione*) forte generale ad eſt, ut nullus admittatur accuſationẽ, ſi conſtat, ꝙ mala intentione ducitur, uel forte locum habet tantum in denũciatione, ubi denuntiatio debet eſſe ſine crimine. 7. qu. 1. in grauibus. Matrimonium enim propriè non accuſatur niſi ab uxore. nam cũ ſit publicum crimen, non admittũtur, niſi quorum intereſt. ſed denunciari dicitur crimen, in quo manent, ar. infra cap. proxi. ſupra de deſpon. impub. ad diſſoluendum, Inno. [*Repellentes*] etiam ex veſtro officio in hoc caſu, ubi imminet periculum animæ, ex quo conſtat de calumnia, quamuis etiam nil obiiceret aduerſarius, de excep. exceptionem, uel expreſſe conſentiret. ff. de poſtu. quos prætor, ſupra de elect.
5 cum nobis, Hoſt. ¶ † Glo. 1. ponit duos caſus, quibus &c. ¶ Glo. 2. alle. 1. concor. dat ſimile, arguit, & tenet
6 contrarium. ¶ *In* † *glo. 1. ibi in fundo*] uide de ſimo. nobis ſuper gloſſ. 3. [*& ibi, ita demum*] in pœnali ſtipulatione compromiſſi tacitè intelligitur, ne quis doli ſui præmium ferat [*& ibi, aut licet*] ibi uxor nocet naturalibus, qui ſuccederent in duabus unciis, & ſibi nõ pro
7 deſt; quia excluditur ab agnatis. ¶ *In* † *gl. 1. ibi, licet*] ad idem infra de conceſſ. præbẽ. c. pe. li. 6. ſed ibi, ſibi prodeſt: quia citius conſequitur præbendam, licet nõ illam, in qua nocet [*& ibi pœnitentia*] ſolemnis [*& ibi, ſequentis*] quia non iteratur. l. di. quamuis. ¶ *In gl. 2. ibi, prohibentur*] ibi dicitur præſumi turpem quæſtum accuſatoris, qui duo iudicia habet contra duos reos, & ibi de hoc [*& in fi.*] moderni theologi hoc abhorrẽt. de hoc. 1. q. 1. quicquid inuiſibilis, & 32. q. 2. honorantur. & de hoc dixi de ſacra un. c. uno, circa prin. uerſi. de ſecunda, & uide quod dixi de ſimon. cum in eccleſiæ.

ANNOTATIONES.

a Calumniam. An quis eo ſolo præſumatur calumniari. quòd non probauit, ſentit iſte, quod ſic etiam in matrimoniali cauſa. ui de Bar. in. l. athletas. §. calumniator. ff. de his, qui no. infa. & in l. 1. ff. ad turpil.

*SVMMARIVM.*

1 *A matrimonij accuſatione qui non repellatur poſt denunciationẽ nu. 4. 5. 6. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. &. 16. facilius impeditur, quàm ſoluatur, nu. 2.*
*Diuiſio decretalis, & eius partes ubi*
2 *Bannum quibus modis accipiatur, & quo hic.*
*De Edictis uarijs ubi tractetur, & generalia quando habeant locum.*
*Actio generalis quo caſu admittenda, in fin.*
4 *Ignorare qui credantur, nu. 5. 6. 11.*
*Poſt termini lapſum qui admittantur ad accuſationem, nu. 5. 6. 10. 11. 13.*
5 *In annis teneris quis dicatur conſtitutus,*
6 *Specialibus præmiſſis, clauſula generalis ſubſequens omnia comprehendit.*
7 *Legitima cauſa quæ ſit ad arbitrium iudicis pertinet, niſi ſpecificetur.*
*Arbitrium iudicis committitur quod non ſpecificatur.*
8 *Suſpicio in teſte, & accuſatore quæ repellat,*
*Accuſator impropriè dicitur in matrimonialibus cauſis*
9 *Epilogus, & ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 10. 11.*
12 *Ad ſynodalia ſtatuta aſtringuntur omnes de diœceſi.*
14 *Tempus ſi nullum ſit præfixum, quando ueniendum.*
*Benedictio matrimonialis quando & ubi fiat.*
15 *Decretum cum cauſæ cognitioni interpoſitum ſeruandum: aliàs non eſt decretum.*
*Communio quid dicatur.*
16 *Sententia an opus ſit hic, ut nullus poſt termini lapſum audiatur.*

## CAPVT VI.

1 CVm in tua. C. Repellitur † ab accuſatione matrimonii, qui denunciationis tempore tacuit, niſi denunciationem probabiliter ignorauerit, uel iuret de nouo didiciſſe, quæ nũc malitioſè non obiicit. & primò ponitur quæſt. 2. ibi, ſuper quo, diſtinguens ſolutio. & ſecundum mẽbrum ibi, alioquin, quòd primò ſoluit, cauſam interſerens. Secũdo excipit ibi, niſi. exceptionem amplificat ibi, quia, & cauſam reddit ibi, Quoniam. & ut dicit gloſ. pars huius. de ſpon. cum in tua, & alias duas ibi addã [*Poſt contractum*] non ideò dicit, quia ante cõtractum
2 † facilius auditur. facilius enim impeditur, quã ſoluatur, ſupra de ſpon. cum in tua, &. c. præterea [*Banna*]. i. denunciationes. alibi ponitur pro mandato ſub pœna pecuniaria facto. 16. q. 1. ſtatuimus. Gofr. Erant autem banna, quòd ſcientes impedimentum intra certum tempus deferrent, de clande. deſpon. c. fi. de ua-
3 riis † edictis uide, quod dixi de except. dilecti, in gl. ergo erat. dicebat autem hic Innocẽ. quòd locum habent generalia edicta, ubicunq; plures admittuntur ad agendum, uel contradicendum, uel aliquod ſimile, ut in reſtitutione, in matrimonio, in adoptione, & in natalibus, ſupra qui fi. ſint le. lator. ff. de adop. nã ita. C. ſi. ut ſe ab hæredi. ab. auct. ibi poſita. Et eſt ratio, quare in talibus proponitur ſic generale, quia neſcitur, quæ certa perſona debeat citari, ſicut dicitur de electione actionum. ff. quorum leg. l. 1. §. 2. [*Feruore*] adeò quod † furioſus erat, uel quaſi, ſcilicet factus
4 erat Phreneticus, ſupra de reg. ſicut tenor, &. c. ſicut nobis, ſupra de ſucceſſ. ab inteſta. c. fi. Ho. [*Exilium*] poteſt eſſe exemplum uerbi præcedentis, ut ſic hoc acciderit ex infirmitate, uel eſt exemplum per ſe, & ſic intelligitur de furioſo habente dilucida interualla, qui denunciationis tempore inciderat in furorẽ. C. de cur. fu. l. penul. 3. q. 9. indicas. 7. q. 1. quamuis triſte.
5 Hoſtien. [*Teneris*] puta † minor. 14. ſecundum quoſdam: uel forte ſufficit, quòd ſit doli capax, infra de delic. puc. c. 1. quia cuilibet, qui peccare poteſt, dictũ eſt illud, Si peccauerit &c. 2. q. 1. ſi peccauerit. 24. q. 3. tam ſacerdos. aliàs regulariter nõ admittitur minor agens, inſtit. de curato. §. item inuiti, ſecundum Inn.
6 [*Alia* † *cauſa*] quæcunque ſit illa. præmiſſis. n. clauſulis ſpecialibus hæc generalis omnia comprehendit. ſic ſupra de reſcrip. ſedes, de commo. c. uno. ff. de nego. ge. negocium. ff. ſi quis cau. ſed & ſi quis. §. quæſitum. Hoſtiẽ. puta excommunicatus erat illo tempore, & ſic non fuiſſet admiſſus ad accuſationẽ, Pe.
7 & Abb. [*Legitima*] ad arbitrium † iudicis, ex quo non ſpecificatur aliter. s̃. de of. dele. de cauſis. nec. n. poſſunt omnia ſpecificari. ff. de legi. nõ poſſunt. ff. de p̃ſ. uerbis. l. 4. Hoſti. [*Tunc*] ſ. quando præſtant iuramentum tale, nec aliàs ſunt ſuſpecti: aliàs cõtra. s̃. de ſpõ. cum in tua [*Illos*] à quibus audiuit [*Culpabilis*] no. ꝙ
8 quamuis in cauſis matrimonialibus teſtis ſuſpectus repellatur, & ſi culpabilis non ſit, ſupra de teſti. licet. non tamen accuſator, imò neceſſe eſt ad hoc, ut repellatur, ꝙ ſuſpicio ex culpa propria oriatur, ut hic, & ſupra eo. ſignificante, ſecundum Iacobum. Nam in cauſis matrimonialibus impropriè dicitur accu-
9 ſator, ſupra de procu. tuæ Ho, ¶ † Gl. 4. obiicit, & ſoluit. ¶ Antepen. glo. alleg. tres concor. quærit, arguit pro, & ſoluit contrarium, finis reſpondet per quæſt. ¶ Penul. gl. inducit duas concor. & elicit unum no.

¶ VI.

¶Vlt.glo.ponit diuerſitatem, quærit de ratione ip-
ſius,& ſoluit.iterũ quærit,arguit pro, & cõtra, ponit
opi.Io.¶ † *In glo.antepe.ibi, diffamari*]uide in ca.licet,ſu-
10 per.1.glo.¶*In gl.ult.ibi,uitia*]uide de reſti.ſpo. ſæpe,ſu-
per glo.pe.[*& ibi,cum quidam,in fi.*] ſi fundus eſt per fi-
deicommiſſum reſtituendus libertis, quos uolet hæ
res,ſi antequam prætereat iuſtum tempus, quo po-
terat hæres eligere, mortui ſunt alii liberti, debetur
ſuperſtiti[*& ibi,ſi filius.2.*]uide de teſti. cum ueniſſet,
ſuper glo.2.[*& ibi,promiſſo*]uide de æta. & qua.præte-
rea,ſuper ult.glo.[*& ibi,ab eo*]uide de renun. poſt trã
ſlationem,ſuper glo.ſtatim[*& ibi,quod dicimus*]uide đ
elec.quia propter, ſuper glo.1.incontinenti[.*& ibi.§
ult.*]incipit,ſed quod ſimpliciter,uide de loca.potuit
ſuper.7.gl.¶ *In glo. 1.in fi*]& de teſti. cum in tua,& de
11 deci.cum in tua.¶*In glo.2.in fi.*]dixit Hoſti.quòd hæc
gl.cadit competentius ſuper uer. exiſtebat.unde ex-
ponit,uel aliàs etiam in præſentia non potuit, ut qa
ſurdus erat, nec intelligebat, quid ageretur ſupra de
ſpon.cum apud: quia nullo modo audiebat. C. qui
teſ.fa.poſ.diſcretis.¶*In gl.ſed quomodo,ibi,impedimentum*]
uel ſciebat conſanguinitatem,ſed non cõprehende-
bat,quòd illa impediret matrimonium.¶*In gl.& ideò
in fi.*]& per hæc iura † arguit Ho.quòd omnes illi,qui
12 ſunt de dioec.aſtringãtur ad ſtatuta ſynodalia. ¶*In gl.
& ita,ibi,licet*]& de teſt.præſentium,li.6.[*& ibi, tua*]&
ibi,hoc tenet Ber.& Ho.præciſe, quando fit denũcia
tio ad peccatum corrigendum[*& ibi, dicas,*]ſecundũ
Ioã.& Vin.[*& ibi,dixi forte*] hoc dixit, quia Io. & Vin.
non poſuerunt illud,forte[*& ibi, non prodeſt*] idẽ Phi.
13 [*& ibi,præiudicat eis*]quin † ipſi,uel alter ipſorum poſ-
ſint impedimentum deferre.& matrimonium accu
ſare[*& in fi.*]quid de illo,qui tacuit, quia alius cõtra-
dicebat,quem poſtea docet fuiſſe præuaricatũ, nõ
nocet.ff.de præua.l.3.Hoſt.aliàs uerò,ſi illum nõ do
ceret præuaricatum, non audiretur,ſecundum Inn.
etiã illud ignoraſſet, ſcilicet alium accuſaſſe,de hoc
infra de accu.de his.¶*In gl.pe.ibi,eliditur*]tu dic, quòd
iuramentum non elidit hanc pręſumptionem,quia
non præſtatur hoc ſuper eo,de quo erat pręſumptio
ſcilicet ſuper ignorãtia edicti publicè propoſiti, ſed
ſuper ignorantia impedimenti. ¶ *In glo.ul.ibi termino*]
14 quid ſi nullum† tempus fuiſſet pręfixum,ueniat tũc
infra modicum tempus.tamen cum quodam tem-
peramento eſt hoc intelligendum per iura, quæ in-
fra ad hoc alle.glo.ſecundum Inno. & Hoſti.& uide
quod dixi,de ap.cum parati,in gloſ.forte certum[*&
ibi,Io. dixito*]& Vin.[*& ibi,integra*] ad hoc infra de præ
ben.ſi tibi.Go.dicebat eum admittendum uſque ad
diem ſolemnis benedictionis, quæ debet conſuma-
tionem præuenire matrimonii,30.q.5.c.1.&.2.&.ca.
ſponſus,quod reprehendit Hoſt.dicens cum gloſſ.&
forte Gof.habuit eundem intellectum ſecundum il
lorum locorũ conſue.ubi in benedictione, uel poſt
matrimonium contrahitur[*& ibi,admitti*]etiam ſi in
banno fuerit dictum,quòd poſt terminum non au-
diretur,argu.op. ff.de opti.le. l. mancipiorum,&.l.ſi
a optio.§.fi.ſecundum Inn.[a] ſecundum quem, ubi de
15 cretum † cũ cauſæ cognitione interponitur, eſt om-
nino ſeruandum.C.commi.epi.l.ea,quæ,elapſo,etiã
tempore à lege conſtituto, non liceret aliquid pro-
ponere.C.de adul.ob commiſſa, etiam ſi lex ſit mu-
nicipalis.ff.de decur.ab or.fac.l.fi. ubi uerò decretũ
interponitur ſine cauſæ cognitione,potius cenſetur
comminatio,quàm diffinitio.C.comm.epi.l.inter-
locutio.& idem Hoſtien.& uide,quod dixi, de reſti.
in integ.c.2.ſuper glo.non uidetur, & ſuper ulti.glo.
& quod dixi de procur.in noſtra,ſuper glo. ulti.uer.
ad hoc dicendum,& cum uer.ſeq.[*& in fi.*]ad hoc ſu
16 pra † qui fi.ſint le.lator. C.de remiſ. pi.ſi eod. C.ſi ut
ſe ab hæredita. ab. auct.ibi, poſita. Dicunt tamen
quidam ſententiam hanc ſcilicet,quòd nullus decæ
tero contra illud matrimonium audiatur, neceſſa-
riam eſſe ad hoc,ut nõ audiatur. C. de ingenuis ma.
diffamari:ſed ad hoc prodeſſet ſentẽtia:quia & ſi ma
trimonium non ſequitur,poſt ſententiam non audi
retur:ſecus, ſi non eſſet lata ſententia, ut dictum eſt,
ſecundum Innocen.

---

ANNOTATDIONES.

a ¶Inno.Vide glo.in.c.ſi tibi abſenti,de præben.lib.6.& ad mate
riam faciunt iura de purgatione morę loquẽtia, de quo in c.
mora,de reg.iu.li.6.& uide glo.poſt tempus,in.c.quia diuer
ſitatem,de conc. præb.& plene Bar.in.l. ſi inſulam.ff.dę uer.
obliga.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio,ſeu diſpoſitio tituli.*
*Diuortia dupliciter fiunt.*
2 *De eis ubi tractetur alibi,quàm in hoc titulo.*

## De diuortiis. Rub.

1 Viſo † qualiter matrimonia coniungantur, & accu-
ſentur,uideamus, qualiter diſſoluantur, & ſic de di-
uor. quæ fiunt quandoq; quò ad uinculum, quan-
doq; quò ad mutuam ſeruitutem tantum, ut inf.pa
2 tebit.habetur † materia.28.q.1.&.q.7.per totum. 33.
quæſt.2.35.quæſt.6,ab iſto,& duobus capitulis ſequ.
&.q.9.per totum,congruit Rubricæ,de transla.ca.2.
& ult.de teſti.Albericus, de iureiuran. Quintauallis,
&.capitu.ſequ. de regula. ueniens, de exceſs. prælat.
quam ſit.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſiliata pro machinata.*
*Homicidij non tenetur defendendo commiſſi.*
*Gloſſa olim facta de contextu poſtea.*
2 *Decretali huic quando locus.*
*Viri famæ,& multo fortius uitæ parare tenetur uxor.*
3 *Cum uxore inſidiatrice uitæ an & quando teneatur uir cohabi-
tare.*
*Machinata in uirum in quam incidat pœnam, ad dictio. coniu-
gij.*
4 *Machinatio ſola ſine adulterio an dirimat matrimonium poſtea
cum interfectore contractum.*
5 *Epilogus,& additio gloſſarum,nu.6.*
*Matrimonium quæ crimina dirimant,remiß.*

### CAPVT I.

1 SI qua mulier. Breue eſt[*Con-
ſiliata*]&† ſic machinata,ſupra de eo
qui du.in ma.ſignificaſti. Hoſt.[*Illo-
rum*]qui de cõſilio uxoris ipſum uo-
lebant occidere[*Defendendo*]ideò nõ
tenetur,de hom.c.2.[*Poſt mortem uxo
ris*]hæc olim erat glo.Alani. aliàs dici oportebat de-
cre.correctam, & loqui ſecundum leges,quæ etiam
non tenent. C. de repu. conſenſu, in auct. de nupt.§.
occaſionem, & in auct.ut li.ma. & aui. §. quia uerò.
2 Vin.dicebat † decre.loqui,cum mulier propter adul
terium inſidiabatur uiro:quæ enim famæ uiri parce
re tenebatur,multo fortius ipſius uitæ.ff. de adult.ſi
adulterium.§.ſi liberto. & hoc dicebat, propter an,
quæ dicebat, quòd hoc caſu uir poterat dimittere
uxorem

uxorem[*Inſidiatrix*]uitæ mariti:aliàs mediatrix nun-
3 quid † cogetur uir habitare cum uxore,quæ ſic inſidiatur,nec refrenari poteſt:non puto, ex quo nulla poteſt cautione mederi. imò poteſt eiici, & reſtitutionem petenti obſtabit hæc exceptio, ſupra de reſt. ſpo.litteras.§.fi.attamen,quamdiu uiuet, contrahere non poterit,infra capit.proxi.[*Pœnitentiæ*]ſic ſupra de eo,qui.co.con.transmiſſæ,Hoſti. [*Coniugi*]ſcilicet iſtius,in quo modo eſt, ſi maritus contra eam uelit excipere,& poſt mortem ſine ſpe cuiuſq; alterius. &
4 dicit Hoſti.hoc eſſe contra opi.Gof. quod ſola † machinatio ſine adulterio,non dirimat matrimonium poſtea cum interfectore contractum.hoc no. de eo qui du.ca.fi.nam ſi ſola machinatio tollit beneficiū huius coniugii, & cuiuslibet alterius,ut hic cōtra decre.ultimam. de ſpon. fortius debet dirimere matrimonium tam inique cōtractum[*Subiecta*]poſt mor-
5 tem mariti.Pe.& Abb.¶ † Gloſſ.2.arguit, alle.4.iura ſignat unum cōtrarium,& ibi remit.finis ſoluit quæ-
6 ſtionem.¶[*In † gl.2.in fi.*]idem Hoſti. qui circa crimina,quæ dirimunt, remittit ad ea,quæ no. in ſum.de matrimoniis.§,qualiter impediatur, uer. ſunt & alia quædam,& ſe.& de ſpon.§.fi.uerſi.item decimo.

*SVMMARIVM.*

1 *Coniuges propter alterius crimen non ſeparantur, excipitur caſus.*
*Ob fornicationem ſpiritualem an ſeparetur matrimonium etiam quò ad ſolutionem debiti,& nu.2.*
2 *Sanctorum,& Apoſtolicorum interpretationi ſtandum.*
*Factum prn conatu ponitur,ad uerb.traxerit.*
3 *Additio gloſſarum.*

CAPVT II.

1 QVæſiuit. C.Coniuges † propter alterius crimen non ſeparātur,niſi ſpiritualiter fornicentur; & tunc durat coniugium eis etiam ſeparatis. & ſunt tria dicta.ſecundum ibi,Verum,tertium ibi, in uiris[*Crimine*]quodcunq; ſit illud. de uitio ſodomitico dicam,infra de adul.maritis [*Viri*].i.à viro commiſſo. multo minus propter proprium,ſupra capit. proxi.[*Niſi*]non excipit à dictis,ſed dicendis. Inno. imò à dictis,inquantum dixerat,uel alio crimine(*Fidei ſuæ*)ſunt, qui dicunt, quòd pro ſpirituali fornicatione non ſeparatur matrimonium niſi quò ad mutuam ſeruitutem. unde tali ſententia non obſtante quò ad ſolutionem debiti omnino remanent obligati,& præcipue mouentur ex eo, quòd ſolam cauſam fornicationis excepit.& conſtat,quod loquebatur tantum de carnali.Hoſt.dicit hanc op.erroneam nam dominus non expreſsit ſpecialiter carnalem, ſed potius indiſtinctè locutus eſt,ut patet Matth.19. ergo indiſtinctè debet intelligi. ad hoc ſupra de pri-
2 uileg.quia circa:& ſancti † & apoſtolici interpretati ſunt,hoc idem intelligendum de ſpirituali, ut. 28.q. 1.uxor,&,c.ſe.ad hoc infra eo.de illa,de conuer.coniug.capit.fin.& eorum interpretationi ſtari oportet, ut patet qui fil. ſint leg. per uenerabilem. §.rationibus,de cele.miſ.cum Marthæ.§. 1. de conuer.coniu. ex publico,&.c.ex parte. & in fidei fauorem expedit ſic ſentire:aliàs timeri poſſet, quòd infidelis contentus de debiti ſolutione non curaret ad fidem reuerti,& ſi debito ſe uideat fraudatum, facilius reuertetur,ut colligi poteſt,infra eo.gaudemus, ſecundum Hoſti.(*Infidelitatis*)idem,ſi ad aliud peccatum, inf.eo. quanto.quod dic ut ibi.Innocē.(*Maleficium*)i.ad corruptionem fidei, ideſt idolatriam.T.(*Traxerit*)i.contrahere.Innocen.[*Alij*]primo uiuente,ſupra capitu. prox.[*In uiris*]ſupra de ſpon.ex parte[*Sententiæ*] ponē-
3 do,ſcilicet caſum èconuerſo.¶[*In † gl.1.ibi,ſupra c.prox.*] quod dic.ut ibi dixi.¶[*In gl.ult.in fi.*]& infra eo. gaudemus,uerſic.ſi ergo.

*SVMMARIVM.*

1 *Vxorem uir non poteſt dimittere ſine iudicio eccleſiæ etiam propter notorium impedimentum, an propter fornicationem, numer. 3.*
*De matrimonij impedimento etiam ſola fama deferente poteſt epiſcopus inquirere,& confeſſiones coniunctorum,& quorum nu. 5.*
2 *Epiſcopus,ergo diſcertus, & ratio, Ad eius officium quæ pertineant circa matrimonium nu.6.& .12.*
*Talis quis præſumitur eſſe,qualis eſſe debet in eo officio,cui præponitur,niſi euidenter appareat contrarium.*
3 *Suſpicio uiolenta comparatur facto.*
*Fornicariam uxorem qui admittit ſcienter abſq; reconciliatione, puniendus eſt.*
*Debitum coniugale quibus caſibus hic liceat uiro denegare uxori,etiam excommunicato.*
4 *Vxor ſuperinducta non excommunicanda,niſi diſcedat à uiro,niſi ſit quieta,uel uocata, ut interſit.*
*Impedientem quemlibet executionem iudicis poteſt excommunicare iudex.*
*Inter publicum, & manifeſtum differentiæ.*
*Conſanguinitas, uel parentela quorum dicatur notoria.*
7 *Grauitas quomodo adhibeatur,ſi eam adhiberi mandetur.*
8 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.nu.9.*
10 *Additio gloſſarum, & nu.ſeq.*
*Ordo iuris an, & in quibus ſeruandus in notorijs.*
11 *Diuortij ſententiæ an & quo caſu ſit pœna.*
*Spoliatus in cauſa matrimoniali quando ſit reſtituendus.*

CAPVT III.

1 POrrò. Caſus,Vir non † poteſt dimittere uxorem ſine iudicio eccleſiæ etiam propter notorium impedimentum coniugii, etiam nemine opponēte epiſcopus poteſt inquirere 2.ibi,Præterea(*Eam*) ſcilicet uxorem[*Cognatam*] ideſt conſanguineam Hoſtiē.uel propriè: quia forte fuerat uxor fratris ipſius uxoris defunctę,uel forte,& ipſa,& uxor comitis defuncta,fuerant prius uxores duorū fratrum,& ſic allegabat ſecundum,uel tertium genus affinitatis, qđ bene habebat prohibitionem ſecundum hæc tempora,ſupra de conſan. non debet[*Proponit*] ſed non probauit,nec ad iudicium eccleſiæ ſuper hoc recurſum habuit, ut ſequitur: aliàs iuſta eſt cauſa petendi
2 diuortium. Hoſtien.[*Prudentia*] exquo † epiſcopus, ergo diſcretus,quia talis debet eſſe,de conſan. capit. 1.in fin. niſi propter euidens factum appareat contrarium,ſupra de tempo.or.uel non eſt Hoſtiē.[*Notoria*]per publicam famam,aliàs uix poſſet eſſe notorium. Innocen. Hoſtien. contra per id,quod ſequitur in fi.[*Abſq; iudicio*]duas huius iuris cauſas ponit
3 glo.dixit Hoſti.quòd † communis eſt opinio,quòd etiam propter fornicationem non licet uiro relinquere uxorem,niſi ſententia prius lata. Ipſe tamen dicit,quòd quò ad debitum reddendum iam eſt ſententia lata à iudice Iudicum,qui ob cauſam fornicationis ipſam iubet relinqui,ubicunq; eſt fornicatio, uel fornicationis ſuſpicio, ſcilicet violenta ſecūdum Io.32.q.1.dixit.aliàs,ſi non reconciliatam ſciēter cognoſceret,puniendus eſt.ea. quæſtio.ſiquis uxorem &.c.ſe.quò tamen ad aliam mutuam ſeruitutem poteſt hoc facere, non tamen eſt neceſſe. unde ſecundum

dum

dum Aug. dominus hoc permiſit, non iuſsit. q. 7. ca.
1. &. capit. 2. &. cap. aliàs, & capit. ſequ. de eo, qui cog.
diſcretionem, uerſic. nam & ſi. & ideò propter hoc
non eſt recurrēdum ad alium iudicem. primò quia
ſemel conceſſum eſt. ff. de condi. inſti. quæ ſub cond.
§. fin. 28. diſt. de his. ſecundò ſi contra pronunciaret,
non ualeret ſententia, ut in præ. capit. de his, & 21. di-
ſtinct. inferior. quantum ad lucrandum dotem do-
minus nec iubet, nec permittit: quia nec de hoc lo-
quitur, & ideò eſt ad iudicem recurrendum, de hoc
infra tit. 1. plerumq;. ubi tamen quò ad debitum, &
mutuam ſeruitutem, etiam ob cauſam fornicatio-
nis ſine auctoritate eccleſię uxor relinquitur, ſemp
eccleſia ipſam audiet, donec ſibi fuerit de adulterio
facta fides, infra cap. ſequ. quia non iudicat de occul
tis, infra de ſimo. tua, in fi. uir autem aut eam recon-
ciliabit. aut, ex quo de fornicatione certus eſt, in pa-
ce ſuſtinebit excommunicationis ſententiam, infra
de ſen. excomm. inquiſitioni, de adulte. ſi uir. dicit ta
men ſe de hoc ſpacioſus tractaſſe in ſum. de adulte. §
quæ pœna, uerſic. ſed nunquid hoc fieri, & ſe. [*Separa
ri*] debitum uerò denegare debebit, ſi conſcientiam
habebat de parentela, licet pro quacunq; notoria
conſangninitate non deberet uxorem dimittere. iu-
dex tamen, ex quo notorium eſt, ipſam non reſtituet
quò ad thorum, infra cap. prox. ſupra de reſtit. ſpol.
4 litteras. Inno. [*Superinductam*] conuictam † uel ſaltem
citatam ad cauſam, ut interſit. ſi. 7, q. 1. præſentium, &
capit. cum, qui. 3. q. 6. hoc quippe. 2, quæ. 1. in primis.
Vincen. [*Aſtringas*] idem in quolibet alio impedien-
te, ſupra de offi. delega. capit. 1. Hoſtien. [*Cognatam*] ex
pone, ut ſupra [*Seu publica*] dixit Vincen. quid publi-
cum per famam: manifeſtum per euidentiam [*Quod*]
ſcilicet parentelam eſſe manifeſtam, uel publicam.
Pe. & Abba. [*Primo*] ut frater, & ſoror [*Secundo*] ut filii
duorum fratrum. hæc autem poteſt dici notoria:
quia fratres & filii duorum fratrum euidēter ſe oſtē
dunt uicinis. ulterius uerò non ſic, ut patet de con-
5 ſan. & affi. non debet. quando ergo † fama eſt de ali-
quibus, quòd primo, vel ſecundo gradu ſibi attinēt,
& ipſi hoc fatentur, & iurant, poteſt ſine calumnia
tale matrimonium dirimi, & ſic nulla alia probatio
recipiatur, & ſic poteſt intelligi. 35. quæſtio. 6. ſi duo.
quod dic, ut no. ſupra de deſpon. impu. atteſtationes
& uide, quod dixi de eo, qui co. con. ſuper eo, ſuper
gloſ. 1. ſed & ſi ſola fama ſit de ulterioribus gradibus
epiſcopus hoc poteſt ex officio ſuo inquirere, & co
gere inde teſtificari eos, qui ueritatem nouerint. 35.
quæſt. 6. epiſcopus in ſynodo, de teſti. co. præterea. ſu
pra de offi. ord. ca. 1. &. 2. quæſt. 1. deus omnipotens.
& qui hoc ſcit, denunciare debet, de co. ſpi. tua [*Offi-*
6 *cij*) ad quod † pertinet pro matrimonio ſtare, infra
eod. ex litteris, & colludere uolentibus reſiſtere, de
eo qui co. ſuper eo. & illicitum etiam inuitis coniu-
gibus dirimere, & ueritatem inquirere, ſupra de ſpō.
ſicut, &. cap. cum in tua. Hoſtien. (*Grauitate*) præmit-
7 tendo † denunciationem, de qua ſupra, qui fil. ſint
leg. per uenerabilem, uerſicu. præterea. & ne de faci-
li notorium reputes, quod eſt occultum, uel econ-
tra, de app. conſuluit, infra de reſcript. cum contin-
gat, & quod non ſit promptus ad matrimonia ſepa-
8 randa, ſupra de teſti. licet ex quadam, in fin. ¶ † Glo.
1. arguit, alle. tria iura, &. 4. in contrarium, & ſoluit.
¶ Gloſſ. 2. reddit duplicem rationem. ¶ Gloſſ. 3. al-
lega. 3. concor. ſignat unum contrarium, & ſoluit.
9 ¶ † *In glo. 1. ibi, proinde, in fi.*) 2. nullæ ſunt partes iudicis
10 in confeſſum. ¶ *In † glo. 1. ibi quò ad ſententiam*] & cita-
tionem, ut ipſe no. de iureiuran. ad noſtram. in gloſſ.
1. aliàs. 2. & de pur. ca. capit. penult. (*& in fi.*) Vincen.
dicebat Hoſtien. in examinatione non eſt ſeruan-
dus ordo iuris. ut in contrariis. niſi id fiat ad caute-
lam, de elect. bonæ. 1. §. contra: uel niſi ſit notorium
in una terra & non in alia, ubi quidem dantur. 8. dies
tantum ad probandum, die obiectionis non com-
putato infra de ſenten. excommun. ſolet, de except.
pia, lib. 6. In ſententia uerò ſemper ſeruandus eſt or-
do iuris, ut hic, & de ſen. excomm. ſacro, de ap. cum
11 ſpeciali, ff. ad. l. Aquil. proinde in fi. ¶ *In gl. † 2. ibi, pœna
eſt.*) propriè cum ſit propter adulterium: aliàs pro-
priè dicitur ſententia (*& in fi.*) fuit gloſſ. Vincen. & di
cebat Ala. & Vincen. & Hoſtiē. hoc eſſe perpetuum,
ut reſtituatur ſpoliatus, ubi matrimonium eſt con-
tractum auctoritate eccleſiæ, uel ex poſtfacto appro
batum: ſecus, ubi contra interdictum eccleſiæ. ibi
en. m eccleſia neutrum in poſſeſsione tuetur. ¶ *In gl.
3. in fin.*] uel hic papa loquitur poſitiuè: ubi dicit,
quòd ſi etiam parentela &c. ¶ *In gloſſ. 4. in fin.*] 1. in fi.
12 ¶ *In † glo. & ſi non eſſet, ibi, officio ſuo*] ſicut & diſcordes
bene coniunctos ex officio ſuo reconciliat, & ad co
habitandum compellit, ſupra de ſpō. ad id quod [*&
ibi, probibeat*] de iureiur. ad noſtram. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *Vxor repellitur petens reſtitutionem mariti, ſi notoriè fornicata eſt, niſi in caſu, & quo nu. 4. & 9.*
2 *Credendum non eſt omni ſpiritui.*
*Præſumptio uiolenta pacificatur certo.*
*Inceſtus eſſe quando dicatur*
3 *Fornicatio notoria quæ.*
4 *Reſtitutio nunquam facienda, ubicunq; eſt notorium & quid.*
5 *In correlatiuis non fit unum ſine reliquo.*
*Vir, & uxor correlatiua.*
*Adulterium coniugum per quam uiam poſſit concurrere alia de eo uide nu. 8.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 7.*
*Negocia ſua committenti minori imputatur.*
*Deiectus dicitur, qui ſponte exiens, rediens non admittitur, in fi.*
*Compenſatio fit doli. §. 1.*
*Mora ultima nocet, ibid. in fi.*
8 *Additio gloſſarum, & nu. 9.*
*Adulterium præcedens ſpoliationem non præiudicat reſtitutioni ſecus, ſi ſequatur, & quando compenſetur, nu. 9. & ſupra nu. 4. de eo alia nu. 5.*
*A poſſeſſione eſt ſeparata cauſa criminis.*
9 *Probatio facit notorium.*

## CAPVT IIII.

1 SIgnificaſti. Caſus. Repellitur
† uxor, petens re-
ſtitutionem mariti, ſi notoriè fornicata
eſt. & maritus continuit. Et communis
diuiſio. 2. ibi, conſultationi [*Suggeſtum*] nimis fuit cre-
2 dulus. non † enim credendum eſt omni ſpiritui. 86.
diſtinct. ſi quid. nec licet marito etiam ob hanc cau-
ſam illam dimittere, niſi illud ſit certum, uel ſaltim
præſumptio uiolenta ſit inde 32. quæſtio. 1. dixit. &
ideò iuſte excommunicatur ſecundum Hoſti. (*Suo*)
uiri, uel mulieris, & utroq: caſu fuit inceſtus, de con
3 ſang. capit. 2. (*Sobole*) ex quo † de ſobole conſtat, non
poteſt eſſe non notorium. ſi in 11. menſe à tempore,
quo uir eam dimiſit, peperit. in auten. de reſtit. & ea,
quæ pa. in. 11. menſe. §. unum ſiquidem, col. 4. Hoſti.
(*Nec*) ſub. ideò (*Poſtulat*) ſiue agatur petitorio, ſiue
4 poſſeſſorio, iuſtè denegatur † ei reſtitutio, cum adul
terium eſſet notori. ſic quod non poterat inficiari
ſuper terram teſtimonio gradiente. 28. diſtinc. priuſ-
quam. nec eſt ſpeciale in matrimonio. imò ubicun-
2 que eſt notorium facti actu permanentis, ut hic,
uel

uel iur.nunquam facienda eſt reſtitutio.& ſic poteſt
intelligi.ff.de doli except.dolo,& hoc uerum,quan-
do notorium eſt iudici,uel aliis, & non iudici,ſed ꝓ
bationes ſunt in promptu: ſecus, ſi terminus diffu-
ſus & prolixus petatur ſecundum Innocen.& Hoſt.
ſupra de reſti.ſpo.literas, uer.præterea [*Viro*] debuit
5 dicere uirum ſibi:ſed correlatiua ſunt,nec fit vnum
ſine reliquo.Hoſt.[*Materiam*] per ſubtractionem ne-
ceſſariorum,uel per ſubtractionem debiti [*Recipien-
dam*] quamuis ſine iudicio eccleſiæ illam dimiſerit.
de hoc, ſupra c.proxi.& infra de adul.c.penul.in fi.
[*commiſiſſe*] hic venit adulterium uiri per uiam repli-
cationis an uerò uer uiam accuſationis poſsint con-
urrere, uide quod no.trigeſima quæſtione ſexta nil
6 iniquius. ¶† Glo.1.obijcit, & de eo opinionem po-
nit,quã reprobat.quærit,arguit negatiuè: ſoluit cõ-
trarium.iterum quærit,& ſoluit. ¶Glo.2.quærit, &
ſoluit. ¶Vlti.glo.ſignat contrarium,& remittit. ¶*In*
7 †*glo.1.ibi,cum mandato*] imputatur domino,qui mino
ri cõmiſit negocia ſua [*& ibi, cum mulier*] uide de eo,
qui co.conſan.diſcretionem, ſuper glo.1. [*& ibi.§.in
hac*] pe.eſt.uide de teſti.ſicut,ſuper glo.3. [*& ibi.l.1.*]
alias.2.§.ſi publico. uide de or.co.ca.2.in glo.penul.
[*& ibi.§.ult.*] incipit, qui ad nundinas. uide hanc, &
ſe.de reſti.ſpo.olim.1.& 2.glo.ut ſcias [*& ibi.§.ſiue au-
tem*] deiectus dicitur, qui ſponte exiens non admit-
titur. ¶*In glo.ult.ibi.§.ſed & ſi*] ſi ſtipulator dolo pro-
miſſoris,& econtra non ſtererunt in iudicio,fit cõ-
penſatio [*& ibi.§.iudex*] uide de eo, qui co. con. di-
ſcretionem,ſuper glo.1.[*& ibi, Marcellus*] uide in de-
cre.dilecti, ſtatim allega.in ulti.gloſſ.in gloſſ.prima
[*& ibi,concedebat*] ut not.in capitulo ſi tu abſtines. &
idem Hug.& Bam.[*& ibi, eſt uerum*] ſecundum.Vin-
cen.T.& Ioan. Idem Goffredus & Phi.[*& ibi, inui-
tam*] Idem, ſi uolentem [*& ibi, ſpoliata*] facit, quod
not. de infan.& lang. capitulo uno, & idem not.de
reſtitu.ſpolia. literas, in gloſſ.2. & de adul.intellexi-
mus, in gl.1.& in ſpe.de ſpon.§.fi. in uer.1.& in uer.
ibi ſe.tractat de expenſis, de quibus ſequitur in glo.
[*& in fi.*] hoc uerum, quia ultima mora nocet.ff.de
8 peri.& com.rei uen.l.illud. Hoſti. ¶*In* †*glo.2.ibi, quòd
non*] ſecundum Ala.etiam Tan.Hoſtien.Gof.autem
ſecundum Ioã.no. hic & ſupra de eo, qui du.in ma.
ex literarum,quòd hęc decr.loquitur de adulterio,
quod ſecutum eſt ſpoliationem, per quod ſibi præ-
judicat mulier ſpoliata in reſtitutione conſequen-
da.adulterium uerò pręcedens ſpoliationẽ ſibi non
obſtaret:quia ſeparata eſt cauſa criminis à poſſeſsio
ne.C:de dona.inter ui.& uxo.ſi maritus,de reſt.ſpo.
item cum quis.ad hoc,ſupra cap.proximo, uide de
hoc, quod no.de adult.capitulo fina. ¶*In glo.ulti.ibi,
9 prius*] dicit Innocen. quòd † ad hoc ut hoc caſu re-
plicatio adulterij uiri repellat exceptionẽ ipſius uiri
de notorio adulterio mulieris, neceſſe ẽ adulterius
ipſius etiam eſſe notorium. dicebat Hoſt.cum gl.ꝙ
non fiet reſtitutio,donec uiri adulterium ſit proba-
tum. & forte eundem intellectum habuit Innocen.
cum per probationem efficiatur notorium,de uer-
bo.ſigni.cum olim.unde poſtea ſubmittit,quòd au
diẽtur probationes mulieris,& fiet reſtitutio ſi pro-
batur adulterium uiri. Dicunt autem, quòd cum
propter adulterium mulieris uir petit diuortium,&
mulier excipit de adulterio uiri etiam non notorio
audientur utriuſque probationes, de adulte. capi-
tulo penultimo, & ulti.

---

ANNOTATIONES.

a ¶Notorium. Vide Ioan. And.de fil. presby. conſtitutus, ſuper
ſecunda gloſſ.& in capitulo in literis, de reſtitu. ſpolia.& Bar.
de reſtitu.ſpolia. in rub.& optime de materia uide in deci. Ro
in l.naturale.§.nihil, ff.de acquir.poſ.& uide Ioan.And.in ſpe.
tæ conclu.22. & an idem ſit in reuocatione attentatorum, ui
de conclu.22.

*SVMMARIVM.*

1 *Matrimonium ſeparatum propter adulterium mulieris reinte-
gratur, ſi poſtea fornicetur, & nu.10.11.*
*Diuiſio decretalis.erat olim ſub alio titulo,nu.4.*
2 *Violentia purgatur etiam paucis diebus, & carnali copula.*
*Paucorum numerus ſaltem duo comprehendit.*
3 *In iure, ideſt coram iudice.*
*Confeſſioni coniugis creditur ad tori ſeparationem.*
*De uxoris alimentis ubi ſcribatur, & an pro eis bona mariti ſint
obligata.*
*Furtim, ideſt clam, in fi.*
4 *Clandeſtinum matrimonium multis dicitur modis.*
5 *A correctione non appellatur, & quando dicatur correctio, iun-
cto contextu.*
*Compenſatio mutua fit adulterij.*
6 *Debitum coniugale reddere quo caſu alterum coniugum alteri
hic epiſcopus.*
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.nu.8.*
*Neceſſitas excuſat duobus caſibus hic.*
*Rei iudicatæ exceptionem iniquiſſimum proficere ei, contra quẽ
iudicatum eſt.§.1.excipitur in fin.& nu.11.*
9 *Additio gloſſarum, & nu.10.*
*Confeſſio an & quando reuocari poſſit.*
10 *Super adulterio lata ſententia an & quando tranſeat in rem iu-
dicatam, & num.11.*

## CAPVT III.

1 EX literis. Caſus. Matrimonium
†ſeparatum propter a-
dulterium mulieris reintegratur, ſi uir
poſtea fornicetur. Communis diuiſio.
2.ibi, Vnde fraternitati. Conſultatio narrat quinq;
1.allegationem uiri de ui, & metu 2.ibi, Tandẽ. ac-
cuſationem adulterij, & mulieris confeſsionem, &
excuſationem.3.ibi,Cumque.iudicis monitionem,
cui mulier non parebat.4.ibi, Sane, ſententiam, uel
ordinationem iudicis.5.ibi,Memoratus,uiri contra
ctum,& ipſius appellationem [*Qui*] uir & uxor [*Pau
2 cis*] licet † paucis,purgata tamen eſſet turpitudo uio
lentiæ, ſupra de ſpon.ad id quod,& capitulo conſul
tationi, cum ſi.& iſte numerus ſaltem duos dies cõ-
prehendit.4.quæſtione tertia, ubi numerus. quod
ſufficit,ſi erant ætatis legitimæ, maximè ſi in carnis
copula concordauerunt,ſupra titulo primo,in ſup.
[*& infra*] forte hic deciditur, quòd propter cauſam
3 expreſſam, ſupra glo.proxi.non fuit auditus [*In* † *iu-
re*] i.coram iudice,quod fieri debet,quod dic, ut ſu-
pra capitulo porrò. Hoſtien.[*Confiteri*] cui creditur
in hoc caſu,cum agatur ad tori,nõ ad uinculi ſepa-
rationem,de hoc de eo, qui co.con. ſuper eo. Eſt &
alia inter hæc,differentia,quæ patet,ſupra ut lit.non
conteſta. capitulo primo [*Neceſſarijs*] de alimentis
uxoris ſatis no.in ſpe.qui fi.ſint leg.uerſi.nunc dica-
mus. & an bona mariti ſibi ſint pro alimentis obli-
gata, ſicut pro dote, in ſpe.de dona.inter ui.& uxo.
§.2. uer. ſed nunquid bona [*Prouidere*] quærit excu-
ſationem peccati.ſic ſupra de cõſue.qnanto [*Ad ſug-
geſtionem*] & falsò,Innocen. [*Aſſerebat*] more mulie-
bri, vel more ſurdi. Mat.7.Goffre.Hoſtien.[*Iniunxe-
ris*] non ſententiando,ſed conſulendo.Innocen.[*In-
uicem*] quia nec diuortium fieri poterat niſi quò ad
torum [*Furtim*] ideſt clam, Goffre. uel ideſt ſine tua
4 conſcientia. multis † enim modis dicitur matrimo-

nium clandeſtinum, ut not. de clande. deſpon. capi-
tulo finali, Hoſtiē. & ideò ponebatur olim hæc de-
cre. in illo titulo, ut patet in ſecunda compila. [*Fa
ctum*] utrum. ſ. dictus uir contraxiſſet cum alia [*Expli
cans*] ſcilicet quòd cum ſecunda cōtraxerat [*Appel-*
5 *laſſe*] cui † appellationi non fuit deferendum, cum
à correctione non appelletur, de offi. or. licet. & ca-
pitulo ſecundo, Hoſtien. [*Si res ita*] omnia ſuperio-
ra reſpicit, de reſcriptis olim [*Redire*] argumentum
contra ſupra capitulo proximo. Solutio cum per
ipſorum confeſsionem conſtet de adulterio utriuſ-
que, mutua fiat compenſatio, ſupra capitulo proxi-
mo, in fina. & ſic concor. ſecundum Innocentium
& Hoſtien. [*Compellas*] Ioannes. trigeſimo, quæſtio-
ne prima, noſce, in fine. ultima gloſſa, & trigeſima-
tertia quæſtione quinta, quod deo pari, in gloſſa ſe-
cunda, allegat. hanc decreta. ad probandum, quòd
6 † ſi uir, & uxor promiſerunt perpetuam continen-
tiam, & alter fornicetur, licet reliquus debitum
petere non poſsit: epiſcopus tamen illum ad id co-
get. ſed iſta decreta. hoc non probat. vide quod ple
ne ſcripſi, de conuerſio. coniu. dudum, ſuper uerſi.
7 caſtitatem. ¶ Gloſſa prima ſignat contrarium.
¶ Glo. ſecunda quærit, & aliam quæſtionem infert,
quam ſoluit per. l. cui reſpondet, ponit opinionem,
& ſoluit. ¶ Vltima gloſſ. quærit, arguit pro, & con-
tra, ſoluit, ponit opi. Hug. quam reprobat in fi. no.
8 & remittit, & ſignat contrarium. ¶ *In † gloſſa prima,
ibi. l. ulti.*] excuſatur pater, qui ex neceſsitate uictus di
ſtrahit filium [*& ibi, ſed ſi poſt*] non committit ingra
titudinem filia, quæ poſt uigeſimūquintū annum
innupta peccat in corpus ſuum. ¶ *In glo. ult. ibi, quod fa
uore*] uide de mu. petitio. capitulo ſecūdo, ſuper glo.
ſecunda [*& ibi, ſed hodie*] uide de conuer. coniuga.
gaudemus, in ſecunda gloſſ. [*& ibi, euidenter*] ſequi-
tur, iniquiſsimum eſt proficere rei iudica. exceptio
nem ei, contra quem iudicatum eſt [*& ibi. §. ultimo*]
uide de deci. ex tranſmiſſa, ſuper prima gloſſa [*&
ibi, non fraudantur*] uide de colluſi. capitulo tertio, ſu-
per ultima gloſſa (*& ibi, condemnatus*) prodeſt in hoc
ut contra quem licet tunc inſolidum agi non poſ-
ſet, ut le. Paulus (*& ibi, nec enim*) uide de adulte. capi
9 tulo finali, ſuper prima gloſſa. ¶ *In † glo. 1. ibi, itane*)
& de hoc, infra de fur. capitulo tertio, & Hoſtien.
remittit ad ſummam, de furtis. §. primo, uerſi. ſed
quæritur quare (*& in fi.*) ſolue ut ibi. ¶ *In glo. 2. ibi, ui-
deatur*) dic quòd forte ſic, primò propter periculum
animæ utriuſque, quod in talibus imminet, de po-
ſtu. bonæ, prim. ſecundò propter fauorem matri-
monij, ſupra titulo proximo, uidetur, in fi. tertiò
propter timorem colluſionis, infra de coll. dete. au-
diuimus. Goffr. & Hoſtien. (*& ibi, per tormentum*) alias
ſponte in iure facta, etiam ſuper crimine præiudicat
ff. de cu. & exi. re. ſi confeſſus, de cle. per inquiſi-
tionem, de conceſ. præ. capitulo ſecundo (*& ibi,
reuocari*) ut ſic æquiparetur cauſa matrimonialis cau
ſa liberali. C. de liberis. cauſa. le. interrogatam, ſecun-
dum Vincencium, ſed hic non erat cauſa de fœde-
re matrimonij (*& in fine*) imò poſſet, trigeſimaquar
ta, quæſtione ſecunda, in lectum. uel ſine calumnia
hoc poteſt intelligi ſic, ſcilicet quòd epiſcopus tra-
xit mulierem ad patrem, & ibi fecit primam con-
feſsionem, & tunc epiſcopus admonuit illam, ut
hic dicitur, & hoc caſu ſi acquieuiſſet, bene pote-
rat reuocari. ſed ipſa hoc amplius manifeſtabat.
Sed huic intellectui contradicit textus, Publicè.
ſed illud dicitur, quia coram epiſcopo, & ſocijs hoc
fiebat, licet accuſatore abſente. vel dic, quòd ad-
huc non erat ſcripta confeſsio, & ideo ſtatim, ideſt
antequam contrarius actus interueniat, locus eſt re-
uocationi ſecundum ea, quæ no. de elec. quia pro-
pter, ſuper uerſi. mox. Hoſtienſis facit ad no. de iu-
reiuran. cum in poſitionibus, in gloſſa, ut unum, li-
10 bro ſexto. ¶ *In † gloſſa. tertia, ibi, uidetur*) contrarium
uidetur ex illo uerbo, ſcilicet priuatim. nam ſi fuiſ-
ſet ſententia, non feciſſet id priuatim, ſed publicè.
& fuit quædam induſtrialis prouiſio, vt uerum pro-
baret, an ex colluſione id factum eſſet. Goffre. Ho-
ſtien. (*& ibi, ſententia*) ita quòd ipſius ſententiæ de-
inceps non obſtabit exceptio, ſecundum Hoſtien.
Dicit enim hoc caſu potiora mulieris iura. Nam
pro ipſa facit uinculum matrimoniale, quod nun-
quam fuit ruptum, ut not. ſupra capitulo ſecundo,
ius naturale, à quo firmatur, inſti. de iure natura. cir-
ca princip. quod ſemper ſtabile permanet eodem tĩ
tulo. §. ſed naturalia, & C. de ue. iu. enu. lege ſecun-
da. §. ſed quia auctor ipſius. quod dic, vt ſupra de fri-
gi. capitulo finali, cōtinentiæ piculū, ſup. de eo, q co.
cōſan. Iordanæ, & q fi. legi. perlatum. Apoſtoli præ-
ceptum, contra quod nulla debet obſtare exceptio
regulariter, de coniug. lepro. quoniam. Pro uiro
facit adulterium à muliere commiſſum, ſed deletur
exceptio propter mariti adulterium, ſupra capitu-
lo proximo, in fine. exceptio rei iudicatæ, quæ cum
de iure ciuili ſit, non eſt mirum, ſi ab alijs tanquam
fortioribus eneruetur. imò nec ſentētia lata propter
adulterium tranſi in rem iudicatam, donec ſepara-
ta propter aduterium ingreſſa ſit monaſterium, &
profeſſa. cum prius maritus eam reconciliare poſ-
ſit inuitam, ut no. in gloſſa ſequenti, quod non poſ-
ſet, ſi in rem iudicatam trāſiret. danda eſt igitur pro
muliere ſententia, cuius iura ſunt potiora. C. de
edic. diui. Adri. tol. lege finali, de poſt. præla. bonæ
ſecund. ad finē. de his plenè in ſumma, eodem titu-
11 lo. §. quot modis, ſub. §. generaliter. ¶ *In † gloſſa ulti-
ma ibi, condemnatus*) prodeſt in hoc, ut contra quem-
b libet tunc inſolidum agi non poſsit[b]. Goffred. (*&
ibi, ut Lauren. dixit*) ſequens Pet. Hiſ. Idem hic Vincen.
& Goffre. Phi. Idem Hoſtien. donec religionem in-
grediatur, & profeſſa ſit. placet Bartho. in domini.
trigeſimaquarta. unde dixit Goffre. ſupra de eo, qui
du. in matri. ex literarum, quòd lata ſententia ſuper
crimine nocens innocentem nō poterit de mona.
reuocare, alle. decre. ultimam, de conuer. coniug.
arguendo de ſpirituali fornicatione ad carnalem. di
cit etiam ibi, quod ante ſententiam etiam innocens
ingredi non poſſet. intelligit cap. Agathoſa, quan-
do ſuper fornicatione eſt lata ſententia, aut quando
is, qui reuocat, agit petitorio: quia repellitur præ-
textu adulterij: ſecus, ſi agat reſtitutorio: quia tunc
non repelletur obiectu criminis, de reſtitutio. ſpo-
liatorum, item cum quis. C. de donationibus inter
uirum, & uxorem, ſi maritus. ad decre. ſupra proxi-
mam reſpondebat, ut ibi dixi ſuper gloſſa ſecunda
(*& ibi, ubi de hoc*) & trigeſimaſecunda quæſtione. 7.
Apoſtolus, & vigeſimaſeptima quæſtione ſecunda,
Agathoſa (*& in fi.*) dic ut infra de regu. iur. factum
legitimè, libro ſexto.

---

ANNOTATIONES.

a ¶ Bona Eſt ibi uide Ioan. And. d. Cy. Bal. & diſtin. Bar. de Sali. in le. quòd in uxo. C. de ngo. geſtis. & Barto. poſt Di. in le. ſi cum dotem. §. ſi autem. ff. ſo. matri.

b ¶ Poſſit. Ex ui ſententiæ. primæua enim actione poteſt, & ibi uide Barto. in l. Paulus, alleg. glo.

*SVMMARIVM.*

1 *Vxor à uiro lapſo in hæreſim ſi diuertat, quando redire compellatur ad eum. Quid ſi ob aliud eius diuerterit mortale peccatum,*

*tum.num.2.*

2 *Diuortij ſententia non obſtat ei, pro quo lata eſt: ſed ei, contra quem, & num. 3. diſtinguitur, & quando tranſeat in rem iudica. num. 3.*

3 *Inter fornicationem ſpiritualem, & carnalem quæ differentiæ.*

*Reconciliatio coniugum excluditur & quomodo, in fine.*

4 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 5.*

## CAPVT VI.

1 De illa. Caſus. Si † uxor à uiro lapſo in hæreſim propria auctoritate diuertit, ad eum reuerſum redire compellitur: ſecus, ſi per iudicium eccleſiæ fuerat ſeparata. ſecunda ibi, Si uerò. hæc decreta. loquitur de his, quorum alter ad hæreſim labitur. Idem credo de duobus, quorum alter conuertitur [*Declinauit*] quæſiuiſti, ſi marito reconciliato cogenda ſit, ut ei cohabitaret. Hoſtienſ. [*Maximè*] benè maximat ſecundum Hoſtienſem: quia idem eſt, ſi alia intentione diſceſſit [*Nullatenus*] argumen. ſupra capitulo pro-
2 ximo. Solutio. ideò uir † compellitur eam recipere: quia poſt ſententiam uir commiſit adulterium. unde ſententia non debet ſibi prodeſſe, cum quaſi fecerit contra eam. at hic conuerſus poſt latam pro ſe ſententiam nihil fecit contra ipſam. uel in contrario nulla fuit lata ſententia, ſed tantum continentia indicta. aliàs idem eſſet ibi, quod hic. Quid ſi latum fuit diuortium ideò, quia ipſum trahebat ad homicidium, uel latrocinium, uel aliud mortale ab hæreſi? Dicunt quidam, quòd idem, quod in hæreſi: quia nullam, uel uilem cauſam inuenies, quare non idem ſit in omnibus. Alii dicunt, quòd pro aliis criminibus nunquam ferenda eſt ſententia ſeparationis perpetuæ, ſed tantum donec pœnituerit. In hæreſi uerò hoc conceditur propter periculum fidei, & ſic diuerſimodè intelligunt, infra capitulo primo, & uigeſimaoctaua, quæſtione prima, idola-
a tria: ſed dictum in princip. gloſſ. plus placet Innoc.[a] uide quod dixi, de conuer. coniuga. ad apoſtolicam, ſuper prima gloſſa. Dicit etiam, quòd licet de iuris rigore poſt abſolutionem non debeat cogi redire, & quod bene ſemel diffinitum eſt, non debeat retractari, ſexta quæſtione quarta, quod ſemel: tamen iudex ex officio ſuo adulterantem poſt ſententiam coget redire ad adulteram, argumen. de iureiurand. tua nos, & capitulo quemadmodum, & ſupra capitulo proximo, nec facit iudex contra ſententiam. Sententia enim fuit talis, quia abſolutus fuit reus ab impetitione mulieris. unde tunc in hoc caſu faceret contra ſententiam, ſi mulieri iterum petenti uirum fieret ipſius reſtitutionib. at ubi uir, pro quo lata eſt ſententia, repetit mulierem non fit contra ſententiam. imò eſſet iniquum, ſi ſententia prodeſſet ei, contra quem eſt lata, ff. de exceptione rei iudicatæ, euidenter. Si uerò uiro accuſante uxorem adulteram feratur ſententia diuortii, tunc quia uir accuſans non poteſt abſolui, locum habet hæc decreta. Cautè tamen & prudenter ageret iudex, ſi hoc caſu ſic pronunciaret, ſententiam diuortij inter uos ferimus propter adulterium mulieris, quamdiu uiro accuſatori iuſtè placuerit ſecundum Innocen. Hoſtien. uerò remitt. ad ea, quæ not. ſu-
3 pra capitulo proximo [*Compellendam*] uoluit † dicere Hoſtienſ. differentiam eſſe inter ſpiritualem fornicationem, & carnalem, de qua quò ad ipſarum compenſationem, not. hic Goffred. & utriuſque dictum poſui, ſupra de conuerſatione coniugato. capitulo finali, ſuper gloſſa ſecunda. Dicebat etiam hic talem inter illas differentiam eſſe, quia ſi propter ſpiritualem fornicationem coniunx dimittat coniugem, licet non ſit lata ſententia, non coget eccleſia fidelem adhærere infideli, argumento uigeſimaoctaua, quæſtione prima, ſi infidelis. ſed in carnali diſtinctione cogitur ſecundum quoſdam, ſed remittit, ſupra capitulo porrò. Reconciliato uerò ad fidem omnino cogitur adhærere, ut hic infra capitulo proximo, in fine. ſi autem per eccleſiam ſit latum diuortium, in ſpirituali non cogitur redire ad reconciliatum, ſi uult religionem intrare: aliàs cogitur, in princip. decreta. fina. de conuerſ. coniugato. in carnali ſemper cogitur, niſi fuerit profeſſa. debet enim epiſcopus monere maritum, ut recipiat uxorem. ſi non uult, tradet illam mona. ad pœnitentiam peragendam, re autem integra, ideſt ante ipſius profeſſionem, maritus illam educere poterit: poſt profeſſionem non poterit, per decreta. gaudemus, de conuer. coniuga. & ibi, dixit ſuper uer. collocare. ad hoc eodem titu. ex publico, ff. de opt. lega. mancipiorum. dicit ergo Hoſtienſ. ex prædictis patere duo requiri, ut ſententia diuortii lata propter adulterium mulieris tranſeat in rem iudicatam, ſcilicet quòd ſit lata, & quòd per modum prædictum mulier ſit profeſſa. nec primum ſolum ſufficit, nec ſecundum ſolum uiro in ſeculo remanente, & illam repetente, niſi & ipſe adulteratus eſſet, de conuer. coniugatorum, ueniens, & dixi, eodem titulo, ex parte, primo, uel dic, quod quò ad uirum, pro quo lata eſt, tranſit in rem iudicatam, niſi intra decem dies mulier appellauerit
b quò ad mulierem[b], contra quam lata eſt, non tranſit, ff. de exceptio. rei iudica. euidenter. reconciliatio tamen excluditur per ſententiam, & profeſſionem ſimul iunctas, & imputet ſibi uir, qui ante profeſſionem reconciliare noluit, ſupra de officio delega-
4 ti', cum ſuper. ¶Gloſſa † prima dat ſimile. ¶Gloſſa ſecunda reddit rationem. ¶Vltima gloſſ. ſignat con-
5 trarium, ibi remittit, & ſoluit. ¶*In † gloſſa ſecunda, ibi, quòd autem*] & l. d. ferrum. ¶*In gloſſa ultima, ibi, ſtandum eſt*] unde dicit Ala. hic uetus correctum per illud nouum. Philipp. dixit illud intelligendum ſecundum hanc diſtinctionem [*& in fine*] hoc adde, quod ibi no. ubi etiam poſui quoddam dictum Goffred. hic not. & Hoſtien.

---

### ANNOTATIONES.

a ¶Innoc. Et idem ipſe not. ſupra eo. quæ ſunt in gl. idem, ſi aliud, & idem glo. ſi. in c. Idolatria.

b ¶Mulierem. Ideſt quò ad repellendum uirum illam petentem. & uide ſupra c. proxi. in glo. ita, & ſuper glo. ſi.

### *SVMMARIVM.*

1 *Coniugale uinculum non diſſoluitur altero fidelium coniugum in hæreſim lapſo, & nu. 8. Conuerſo uerò infideli ad fidem, quando ſit idem, & numero 2. & 4. 10. & 11. an opus ſit termino.*

2 *Conſulere ſedem apoſtolicam ſuper dubitabilibus commendabile. eiuſdem ſe ſupponere correctioni, uel approbationi idem.*

3 *Relictus hic quis, & quæ dicatur.*

*Diſcedere dicitur in infidelitate remanens.*

4 *Ob infidelitatem ſoluitur uinculum inter conſanguineos, & affines.*

5 *Matrimonium fidelium fortius matrimonio infidelium, & ratio, & difficilius ſoluitur illud, quàm hoc. an ſit ratum inter hæreticos, fuerunt tamen baptizati ab hæreticis, num. 7. claudicat quandoque, num. 8. & 10.*

*Baptiſmus eſt primum fidei ſacramentum, & eius uis, præſertim*

*in matrimonio, num. 6. nunquam perditur, ibid.*
*Ratum pro indiſſolubili.*
6 *Mors & matrimonium, & omnia alia ſoluit, & quando matrimonium ſit inſeparabile, num. 7.*
7 *Præpoſitio, pro, auget.*
8 *Iure ſuo quis priuatur ſine culpa ſua, nu. 10. §. 1.*
*Quæſtio una ſoluitur per aliam.*
9 *Epilogus, & ſuppletio gloſſarum. num. 10.*
11 *Bigamus non eſt conuerſus ad fidem retinens coniugem, quam ante eam habebat.*

## CAPVT VII.

1 QVANTO. Caſus. Vinculum† coniugale non diſſoluitur altero fidelium coniugum in hæreſim lapſo: ſed ſi unus infidelium coniugum conuertatur ad fidem, & alter nolit ſibi cohabitare, uel non ſine dei blaſphemia, uel peccato mortali, ſoluitur cõiugium, & conuerſus cõtrahere poterit. Et communis diuiſio. 2. ibi, Nos igitur, quæ diſtinguit, & ſecundum membrum proſequitur, ibi, Si uero, rationem diuerſitatis ponens ibi, Nam & ſi, obſtaculũ ſoluens ibi, Nec ob. ſubdẽs duplicem rationis effectum ibi, Per hanc [*Tranſeunte*] melius diceret, Cadente, uel Labente, ut patet in inferioribus. Hoſtien. [*Per tuas*] O tu Hugo. Ferrar. epiſcope, de quo dixit, ſupra quãto te nouimus. Commendabatur tamen in an. quia
2 † ſuper dubitabilibus ſedem apo. conſuluit. & quia ſententiam, quam docuerat, per ipſam ſedem corrigi uult, uel approbari ſicut Ioachim, de ſum. Trinita. capitulo ſecundo, in fine, ſecundum Hoſtien. [*Diſtinguimus*] ad dandam pleniorem doctrinam. ſic, ſupra de ſac. unc. c. uno, in princ. Hoſtien. [*Altero*] coniugum, qui remanet in infidelitate [*Nullo modo*] uolente habitare, quod eſt infra. Vel repete, Volẽte co-
3 habitare, ſed non ſine &c. [*Relinquitur*] in † fide, ideſt is, qui conuerſus eſt, qui ideo dicitur relictus: quia ꝑ rectorem, imò per rectum iter, ſiue callem incedit. unde is, qui in fidelitate remanet, cum ipſum ſequi deberet, dicitur eum relinquere & hoc reſpectu, & is, qui fidelis efficitur, uel fidelis remanſit, dicitur relinqui, attenta hac ratione, ſicut ſi duo deberent ire Romam itinerans uerſus occidentem diceretur alterum relinquere, qui rectè itineraret uerſus orientem [*In hoc caſu*] ſcilicet cum alter infidelium cõuertitur [*Apoſtolus*] prima ad Corinth. 7. [*Diſcedit*] patet, quòd in infidelitate remanens dicitur diſcedere, ut ſupra dictum eſt [*Frater*] ideſt quilibet Chriſtianus. 11. quæſtione tertia, ad menſam. Per. & Abba. [*Serui-*
4 *tuti*] alicuius† uinculi filialis, fraterni ſororij, ſeruilis uxorij. debet etiam potius ſequi patrem patrum, ſpõſum ſponſorum, & dominum dominorum. 11. quæſtione tertia, non ſemper, & capitulo Iulianus, ſecundum Hoſ. Et repete, in hoc caſu intelligimus [*Soluit*] etiam ſi quæratur de uno fideli lapſo quò ad mutuã ſeruitutem, ſi tamen confitetur hæreſim, uel de ipſa conuincitur: aliàs contra. 6. quæſtione prima, §. uerum. Soluit ergo inter fideles ius mutuæ ſeruitutis: inter infideles ipſum uinculum. Hoſtien. [*Verum*] in-
5 fra capitulo proximo [*Verum*† *& ratum*] ergo fortius, & ſic difficilius ſoluitur, de transla. capitulo ſecundo. Baptiſmus. n. primum fidei ſacramentum eſt firmum & ſtabile fundamentum, quo poſito, quod ſemel habitum nunquam amittitur, ut hic, & de conſecra. diſtinctione quarta, ſicut, & aliorum ſacramẽtorum ſuperpoſita ædificatio firma eſt, ſecundum Goffred. & quaſi inſeparabiliter conglutinata ei adhæret. & ideo indiſſolubile eſt hoc matrimonium ſuperędificatum, ſicut & ipſum fundamentum. hoc tamen fundamento deficiente, & ſi uerum ſit ædificium, eſt tamen debilius, prima quęſtione prima, cũ Paulus. & ideo primum non ſoluitur niſi per mortem, quæ omnia ſoluit. ſecundum uerò diſſoluitur, ſecundum Hoſtien. & dic [*Ratum*] ideſt indiſſolubile, ſecundum Innocen. [*Exiſtit*] ſi quis diceret, unde procedit hæc ratificatio? Reſpondet: quia ſacramen-
6 tum &c. & hoc intendit, quòd† baptiſmus receptus nunquam perditur propter characterẽ impreſſum. intantum ratum facit ſacramentum coniugii, ut ipſum inter coniuges perduret durãte illo, ſcilicet ba-
a ptiſmi ſacramento, ſecundum Pet. & Abba. uel ſecũdum Hoſtien. ideſt coniugii, ideſt quamdiu coniuges uiuunt: quia nec ultra eſt matrimonium. Mors enim ipſum, ſicut & omnia alia ſoluit, in auctẽn. de nup. §. deinceps, colla. quarta, de ſecundis nup. capitulo penultimo, & ultimo [*Perduret*] ideſt perfectè & inſeparabiliter duret, uel durabiliter perſeueret. &
7 ſic† præpoſitio auget. quod dic, ut ſup. de conſuetu. capitulo tertio. & hoc intelligas poſt conſumationem, ne ſit contra, ſupra de conuer. coniuga. ex publico: ſed quid de his, qui fiunt hæretici, fuerunt tamen baptizati, licet ab hæreticis, & poſtea contrahunt, nunquid oſtenditur ædificatio ſacramenti matrimonii ratum matrimonium inter tales? Solutio. aut fuerunt baptizati in forma eccleſiæ, & ſic ratum eſt matrimonium inter tales contractum. facit de hære. decreuit, libro ſexto, aut non fuit ſeruata forma, & tunc iure infidelium omnino cenſentur. nec potuit ratum eſſe matrimonium, cum baptiſmi nõ recipiunt ſacramentum, ſecundum Innoc. de ſumma Trinitate, capitulo primo, §. ſacramentum, de ſciſmati. capitulo primo, & facit ad id, quod ſcripſi, de condi. appo. capitulo finali, ſuper prima gloſſa [*Obijcitur*] ſeu obiici poſſet, & ideo præcedit, forſan,
8 ſecundum Hoſtien. [*Incidatur*] uel† qualitercunque impotens reddatur per canoni quã allega. gloſſ. ad idem, ſupra de frigidi. ex literis, de iureiuran. quemmodum, & §. quòd ſi. [*Reſponſionem*] qua diximus, quòd altero fidelium in hæreſim lapſo relictus non poteſt contrahere. Hoſtien. ut hac occaſione relicti contraherent, & ab ipſa hæreſi poſt contractum cõiugium reſilirent, & ad alia uota forte ſibi magis grata tranſirent [*Ipſa*] hæreſi [*Coniugibus*] remanentibus in fide [*Per hanc*] ſic ſoluitur una quæſtio per a-
9 liam, de frigidita. fraternitatis, §. per hoc. ¶ *Glo.*† *ſcilicet qui*] repeti poſſet per quatuor quæſtiones. ¶ Vltima gloſſa ponit opinionem Lau. quam reprobat.
10 ¶ [*In*† *gloſſ. ſecunda, in fine*] Ioann. ibi, dixerat, quòd ſi uxor in fide relicta contraheret, non redderetur uiro ad fidem reuertenti. ¶ [*In gloſſ. ſcilicet, qui conuertitur, ibi, matrimonium*] claudicat tamen quò ad effectum reddendi debiti ab illo, qui non poteſt exigere, de conuer. coniuga. quidam, de eo, qui cog. con. transmiſſæ. & quia quandoque tenetur unus ad matrimonium, & non alter, de eo, qui du. in ma. capitulo primo, de deſponſa. impu. continebatur, & capitulo de illis, Hoſtien. Goffred. [*& ibi, infra capitulo proximo*] ubi
11 hoc tenet Vincen. [*& ibi, habitare*] & tutum† eſſet ſecundum Hoſtien. quòd iudex aſſignaret terminum infideli, argumen. qui filii ſint legiti. lator, de conuer. coniuga. ex publico [*& ibi, §. penult.*] & eſt ſimili. infra de præbend. ſi tibi, primo, libro ſexto [*& in fine*] uir tamen non eſt bigamus: quia non diuiſit carnẽ in plures, ſecundum Vincen. Tan. & Goffred. ¶ [*In gloſſ. magis, ibi, ſi refugientes*] & de electio. quorundam, libro ſexto. ¶ [*In gloſſa ultima, ibi, Lau. dixit*] hoc placet Philip. Iaco. de Albe. & Abbati, ut uitetur correctio. Idem Innocen. alternatiuè tamen, uide quod dixi, ſupra c. proxi. in ulti. gloſſ.

A N-

ANNOTATIONES.

2 ¶Pet. Contra, quia baptiſmus durat etiam poſt mortem, & tac men matrimonium morte ſoluitur, ut not. glo. 32.q.7.c.licet, & ideò uidetnr melior expoſitio ſequens.

*SVMMARIVM.*

1 *Pagani ad fidem conuerſi, quam poſſint iam ductam retinere uxorem, uel dimittere, & contrahere, nu. 2.5.10. & 15.*
*Arctantur. l. canonica, & imperiali, & quando, num. 19.*
2 *Vir infidelis ſanctificatur per uxorem fidelem, & è contrario.*
3 *Inter infideles quando contra deum contrahatur coniugium, & ſeparari queat.*
*Eos ligat diuina conſtitutio, canonica etiam & imperialis, quando, num. 19.*
*Præſertim, pro maximè.*
4 *Propter fidei fauorem pœnæ reſtringuntur, & priuilegia dilatantur.*
*Dotis priuilegium ob id etiam competit.*
5 *Per baptiſmum coniugia directè non ſoluuntur, licèt quandoque per conſequentiam.*
*Vxorum pluralitas ſimul damnatur in omnibus hominibus, nu. 6.10. & 20.*
6 *Homines omnes arctantur naturali iure, rationabili, & diuino, num. 19.*
*Ius naturale, & ratio naturalis quando cœperunt.*
*Coſtæ unius conuerſio in fœminam, quid ſignificet, & cur è coſta formata ſit, num. 7.*
7 *Reuelatio diuina omnes aſtringit.*
*Nuptiæ plures ſucceſſiuè non damnatur.*
8 *Excuſare quæ nos poſſunt ab illicitis, & exempla, nu. 9.*
*Matrimonium licitum, uerum & ratum quandoque ſeparatur.*
9 *Adulterium prohibitum & lege naturali ante Moſaicam.*
10 *Filios ſuperductæ ad fidem conuerſæ legitimat eccleſia.*
11 *Matrimonium, ſeu ſponſalia ſi contrahantur cum pluribus mulieribus in non, & eodem momento à catholico, quæ earum erit uxor, uel ſponſa.*
*Sponſalia prohibentur, ubi prohibeatur matrimonium.*
12 *Repudij libellum, an unquam licuerit ſine peccato mittere etiam lege Moſaica, & quando, & qualiter ſententia formabatur, & qualiter dabatur, nu. 13. & cur permiſſum, ibid.*
*Sententia in permiſſorijs quomodo ferenda.*
14 *Abſque creatoris contumelia, quid non fieri quando dicatur.*
15 *Per hanc an ſoluatur ipſo iure matrimonium.*
16 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 17.*
*Hæreticorum bona ad quos deuoluantur.*
*Poſſeſſio quæ iuſta, nu. 21.*
*Famæ quæſtus in ſeruitute factus cui obſtet.*
18 *Suppletio gloßarum.*
*Perſonæ quæ diuina lege prohibitæ contrahere inter ſe matrimonium.*
19 *Iuris cuius ignorantiam etiam paganus allegare non poſſit.*
*Lex canonica reſpicit animas, & conſiſtit in iure.*
*Imperialis corpora, & conſiſtit in facto.*
20 *Coniuges ad imparia in quibus iudicentur, §. 1.*
*Auctoritate legis quis excuſatur ab adulterio, & quo caſu hic.*
22 *Per baptiſmum quæ tollantur ante ipſum contracta.*
*Irregularitas contrahitur etiam ſine peccato, cir. fin.*

## CAPVT. VII.

1 GAudemus. Caſus. Pagani† cõiuncti in gradu prohibito. l. cano. tantum, conuerſi ad fidem nõ ſeparãtur. & ſi paganus prius plures uxores habebat, poſt fidem ſuſceptã adhærebit primæ. & ſi repudiata uxore cum ſecunda contraxerat, etiã poſt baptiſmum dimittet ſecũdam, & adhærebit repudiatæ, etiam ſi repudiata cum alio contraxiſſet: ſecus, ſi fornicata fuiſſet. & ſunt tres partes, ſicut tria principalia dicta. 2. ibi, Quia uerò. 3. Qui aũt. & pars huius, ſupra qui filii ſint leg. gaudemus [*Remanere*] ſic [*Separari*] non, ut infra ſequitur [*Exiſtat*] uerũ, ſed non ratum, ſup. c. proxi. [*Dicens*] prima ad Cor. 7. [*Frater*]
2 ideſt Chriſtianus. Pet. [*Dimittat*] quia† ſanctificatur
uir infidelis per uxorem fidelem, & ecõtra, ut dicit
idem Apoſtolus. quia igitur non eſt dimittenda, patet,
quòd eſt uxor legitima, de ſpon. c. 1. & c. ex parte.
Hoſ. dixit autem Pet. hic loqui de conſilio, poteſt e-
a nim illam dimittere, ſi uult[a] 28.q.1. iam nũc, & q.7.
c. ulti. Dimiſſa uerò cum alio non poteſt cõtrahere,
nec ipſe niſi in caſibus, infra §. qui autem. Idẽ Abb.
[*Quò ad eos*] quia, ſcilicet tales ſunt ritus ipſorum [*Qui*]
ſcilicet iudæi, pagani, uel quiuis alii extra fidem poſi
